7 Philippum et ignes ab Oreo editi monuerant, sed serius Platoris fraude ex specula elati; et inpari maritumis viribus haud facilis erat in insulam classi accessus. ita res per cuncta- 2 tionem omissa. ad Chalcidis auxilium, ubi signum accepit, impigre est motus; nam et ipsa Chalcis quamquam eiusdem insulae urbs est, tamen adeo arto interscinditur freto, ut ponte continenti iungatur terraque aditum faciliorem quam mari 3 habeat. igitur Philippus ab Demetriade Scotussam, inde de tertia vigilia profectus deiecto praesidio fusisque Aetolis, qui saltum Thermopylarum insidebant, cum trepidos hostis Heracleam compulisset, ipse uno die Phocidis Elatiam milia amplius 4 sexaginta contendit. eodem ferme die ab Attalo rege Opuntiorum urbs capta diripiebatur. concesserat eam regi praedam Sulpicius, quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite 5 expertibus regiis direptum fuerat. Romana classis Oreum sese receperat, et Attalus ignarus adventus Philippi pecuniis a 6 principibus exigendis terebat tempus, adeoque inprovisa res fuit, ut, nisi Cretensium quidam forte pabulatum ab urbe longius progressi agmen hostium procul conspexissent, opprimi 7 potuerit. Attalus inermis atque incompositus cursu effuso

Cynum Locridis] vgl. § 7 *Phthiotidis*; es ist die Hafenstadt der opuntischen Lokrer, nördlich von Opus.

c. 7, 1 *ignes ab Oreo editi*] „die in Oreum gegebenen Feuersignale" vgl. c. 5, 16 *unde editi ignes* u. § 17 *ignibus sublatis.* u. *ex specula elati.* **25**, 9, 10 *editus — ignis;* ebenso *signo e speculis edito.* **27**, 28, 16. **29**, 6, 8.

2. *nam et ipsa Chalcis — urbs est*] „denn Ch. ist zwar gleichfalls eine Stadt auf derselben Insel"; *et ipsa* ist nur mit *urbs est*, nicht mit *interscinditur* zu verbinden.

interscinditur] bei Liv. nur hier.

ut — iungatur] „dafs sie verbunden ist"; das Präsens zur Bezeichnung eines bleibenden Zustandes; vgl. **27**, 49, 1 *articulo, quo iungitur capiti cervix.* **45**, 27, 8 *tantae insulae, ponte continenti iunctae;* also *terra* = über die Brücke, *mari* = zu Schiffe über das *fretum*.

3. *contendit*] *Elatiam* ist mit *contendit* zu verbinden; *milia amplius sexaginta* ist Accus. des Mafses. *contendo* hat stets die Angabe des Ortes auf die Frage wohin? bei sich; vgl. **21**, 25, 13 *Tannetum.* c. 47, 7 *Placentiam.* c. 56, 5. **22**, 18, 4 *in castra.* **26**, 5, 3 *in Campaniam.*

6. *inprovisa res fuit*] „es kam unerwartet" vgl. **26**, 38, 12 *quamquam inprovisa res fuit.*

pabulatum — progressi] „auf Fouragierung ausgerückt"; von den Supinis auf *um* überwiegen bei Liv. diejenigen, welche eine militärische Thätigkeit bezeichnen: *oppugnatum, speculatum, praedatum, frumentatum, exploratum, lignatum* u. a. meist ohne Objekt; vgl. d. Anh.

nisi conspexissent — opprimi potuerit] ohne Hülfsverb und im Aktiv: *eum oppressuri fuerint,* vgl. c. 16, 2 *adsecuturi fuerint,* und so stets, wenn nicht der Folgesatz ein Hülfsverb mit passivem Infinitiv enthält. In diesem Falle genügt das Perf. Conjunctivi; vgl. **24**, 42, 3 (*quin*) *ni intervenisset —, castra capi potuerint.* Stell. im Anh.

7. *Attalus — incompositus*] die

mare ac naves petit, et molientibus ab terra navis Philippus supervenit tumultumque etiam ex terra nauticis praebuit. inde 8 Opuntem rediit deos hominesque accusans, quod tantae rei fortunam ex oculis prope raptam amisisset. Opuntii quoque 9 ab eadem ira increpiti, quod, cum trahere obsidionem in adventum suum potuissent, viso statim hoste prope in voluntariam deditionem concessissent. compositis circa Opuntem rebus Thronium est profectus. et Attalus primo Oreum est pro- 10 fectus; inde, cum fama accidisset Prusian Bithyniae regem in finis regni sui transgressum, omissis rebus atque Aetolico bello in Asiam traiecit. et Sulpicius Aeginam classem recepit, unde 11 initio veris profectus erat. haud maiore certamine, quam Opuntem Attalus ceperat, Philippus Thronium cepit. incolebant 12 urbem eam profugi ab Thebis Phthioticis: urbe sua capta a Philippo cum in fidem Aetolorum perfugissent, sedem iis Aetoli eam dederant urbis vastae ac desertae priore eiusdem Philippi bello. tum ab Thronio, sicut paulo ante dictum est, 13 recepto profectus Tithronion et Drymias, Doridis parva atque ignobilia oppida, cepit. inde Elatiam, iussis ibi se opperiri

dem Heere zukommenden Eigenschaften sind auf den Führer übertragen; ähnlich, wenn der kollektive Singular eines Völkernamens für das Heer steht.

7. *molientibus ab terra navis*] sonst *moliri ancoras* vgl. c. 17, 15. c. 36, 11 *ancoras, ne in moliendo mora esset, praecidunt.*

8. *tantae rei fortunam*] „günstige Gelegenheit zu einer solchen Unternehmung"; vgl. **26**, 7, 5 *bene gerendae rei fortunam.* **1**, 10, 7 *eius fortuna decoris.*

ex oculis — raptam] vgl. c. 8, 1 *rapientem omnia ex oculis;* ebenso *in oculis = in conspectu*; vgl. **26**, 12, 12. c. 35, 7. c. 39, 23. *ex oculis* **26**, 19, 7. **25**, 16, 2. *sub oculis* **26**, 38, 9. *ob oculos* **28**, 19, 14.

9. *viso statim hoste*] die Zeitadverbien *statim, extemplo, simul, vixdum* treten von Liv. ab nach griechischem Vorbilde gern zur näheren Bestimmung des Zeitverhältnisses zu den Participalkonstruktionen hinzu; vgl. **24**, 27, 4 *illi — statim creati* = unmittelbar nach ihrer Wahl. **10**, 26, 5 *extemplo consulatu inito.* **22**, 3, 11 *haec simul increpans.*

circa Opuntem rebus] *circa* = in der Umgrenzung eines Ortes und im Orte selbst; von Liv. ab nicht selten; vgl. **1**, 18, 2 *circa Metapontum Heracleamque* = „in und um M. und H."

Thronium] Hauptort der epiknemidischen Lokrer.

10. *omissis rebus*] „er gab sein Vorhaben auf"; vgl. c. 25, 11 *omisso incepto.* **21**, 1, 5 *desperatione rerum concessum.*

12. *profugi ab Thebis*] das Adjektiv ist substantiviert, behält aber noch genug verbale Kraft, um eine Präposition zu erfordern; vgl. **1**, 17, 2 *oriundi ab Sabinis.* **21**, 5, 7 *ab Hermandica profugi.* Es bezeichnet zugleich der Plural nicht, wie in der gewöhnlichen Substantivierung von *boni, mali* etc., alle Leute, sondern gewisse Leute einer Klasse, also = Flüchtlinge, nicht die Flüchtlinge.

sedem — urbis vastae] *sedem* wird durch den epexegetischen Genitiv *urbis vastae* näher bestimmt. *vastae* hat den Sinn eines passiven Part. Perf. vgl. **24**, 3, 11 *vastam ac desertam bellis urbem.* **5**, 53, 1 *vastam incendiis — urbem.* **28**, 11, 10 *agrum vastum ac desertum habere.*

14 Ptolomaei Rhodiorumque legatis, venit. ubi cum de finiendo Aetolico bello ageretur — adfuerant enim legati nuper Heracleae concilio Romanorum Aetolorumque —, nuntius adfertur Machanidam Olympiorum sollemne ludicrum parantis Elios 15 adgredi statuisse. praevertendum id ratus legatis cum benigno responso dimissis, se neque causam eius belli fuisse nec moram, si modo aequa et honesta condicione liceat, paci facturum, 16 cum expedito agmine profectus per Boeotiam Megara atque inde Corinthum descendit, unde commeatibus sumptis Phliunta 17 Pheneumque petit. et iam cum Heraeam venisset, audit Machanidam fama adventus sui territum refugisse Lacedaemonem, Aegiumque se ad concilium Achaeorum recepit, simul classem Punicam, ut mari quoque aliquid posset, accitam ibi 18 ratus se inventurum. paucis ante diebus inde Oxeas traiecerant Poeni; inde portus Acarnanum petierant, cum ab Oreo profectum Attalum Romanosque audissent, veriti, ne ad se iretur et intra Rhium — fauces eae sunt Corinthii sinus — opprimerentur.

8 Philippus maerebat quidem et angebatur, cum ad omnia ipse raptim isset, nulli tamen se rei in tempore occurrisse, et rapientem omnia ex oculis elusisse celeritatem suam fortunam; 2 in concilio autem dissimulans aegritudinem elato animo disseruit, testatus deos hominesque se nulli loco nec tempori defuisse, quin, ubi hostium arma concrepuissent, eo quanta maxima

14. *sollemne ludicrum*] häufiger ist das substantivierte *sollemne* allein; vgl. **1**, 5, 2 u. 3. **1**, 9, 13. **1**, 21, 4. **1**, 31, 4 u. 8. **2**, 14, 1. 27, 5. **5**, 1, 4. *sollemnia ludorum* 17, 2. 52, 3; 4 u. 11. *sollemne gentis* **6**, 35, 7; mit Adjektiven: **9**, 34, 18 *antiquissimum sollemne*. **38**, 57, 6 *publicum sollemne*.

16. *commeatibus sumptis*] „nachdem er sich verproviantiert“; dagegen *commeatum sumere* = Urlaub nehmen.

Phliunta Pheneumque] Phlius im Westen von Argolis, Pheneos an der achäischen Grenze in Arkadien.

17. *Heraeam*] Stadt am Alpheios in Arkadien unweit der Grenze von Elis. Aegium am korinthischen Meerbusen. *Oxeae* = Ὀξεῖαι, kleine Inseln an der Westküste Akarnaniens.

18. *ne ad se iretur*] *ad aliquem ire* „in feindlicher Absicht auf jemand losgehen“, vgl. **2**, 6, 8 *in re iri*.

c. 8, 1. *angebatur*] zur Konstruktion vgl. **1**, 46, 6 *angebatur ferox Tullia, nihil materiae — in viro esse*.

ad omnia — isset] „sich nach allen Punkten — gewendet, allen Angriffen begegnet sei“ vgl. c. 7, 18. **10**, 25, 14 *ad omnia simul obire*.

nulli — rei in tempore occurrisse] „sei bei keinem Unternehmen rechtzeitig am Platze gewesen“ vgl. **39**, 6, 1 *quibus* (*comitiis*) *quia M. Aemilius — occurrere non potuit*: „konnte die Komitien nicht wahrnehmen“.

2. *nulli loco — defuisse, quin*] „habe keine Gelegenheit verpafst und an keinem Orte gefehlt, sondern“; eigentl.: habe es nicht — so an sich fehlen lassen, dafs er nicht; vgl. **30**, 17, 5 *tacitum continere gaudium non poterant, quin*: sie konnten nicht verhehlen, sondern.

arma concrepuissent] vgl. **24**, 44, 8 *arma concrepuisse*; **6**, 24, 1 *primo concursu concrepuere arma*; **1**, 25, 4 *increpuere arma*; anders **28**, 29, 10 *gladiis ad scuta concrepuit*.

posset celeritate tenderet; sed vix rationem iniri posse, utrum 3
a se audacius an fugacius ab hostibus geratur bellum: sic ab
Opunte Attalum, sic Sulpicium ab Chalcide, sic eis ipsis diebus
Machanidam e manibus suis elapsum. sed non semper felicem 4
esse fugam, nec pro difficili id bellum habendum, in quo si
modo congressus cum hostibus sis, viceris. quod primum esset, 5
confessionem se hostium habere, nequaquam pares esse sibi;
brevi et victoriam haud dubiam habiturum, nec meliore eventu
eos secum quam spe pugnaturos. laeti regem socii audierunt. 6
reddidit inde Achaeis Heraeam et Triphyliam, Alipheram autem
Megalopolitis, quod suorum fuisse finium satis probabant, re-
stituit. inde navibus acceptis ab Achaeis — erant autem tres 7
quadriremes et biremes totidem — Anticyram traiecit. inde 8
quinqueremibus septem et lembis viginti amplius, quos ut
adiungeret Carthaginiensium classi, miserat in Corinthium sinum,
profectus ad Erythras Aetolorum, quae prope Eupalium sunt,
escensionem fecit. haud fefellit Aetolos: nam hominum quod 9
aut in agris aut in propinquis castellis Potidaniae atque Apol-
loniae fuit, in silvas montesque refugit; pecora, quae inter 10
festinationem abigi nequierant, sunt direpta et in naves con-
pulsa. cum iis ceteraque praeda Nicia praetore Achaeorum
Aegium misso, cum Corinthum petisset, pedestris inde copias
per Boeotiam terra duci iussit. ipse ab Cenchreis praeter terram 11
Atticam super Sunium navigans inter medias prope hostium
classis Chalcidem pervenit; inde conlaudata fide ac virtute, 12
quod neque timor nec spes flexisset eorum animos, hortatus-
que, in posterum ut eadem constantia permanerent in societate,

3. *audacius — fugacius*] mit beabsichtigtem Gleichklang; vgl. **27**, 4, 6 *nec inimiciorem — nec amiciorem.*

e manibus — elapsum] die mit *ex* verbundenen Verba haben bei Cic. meist *de* nach sich: *extorquere, eripere, elabi de manibus;* bei Liv. meistens *ex,* seltener *de*; vgl. **26**, 19, 7 *ex oculis elapsam.*

5. *eventu quam — spe*] mit keinem besseren Erfolge als die Erwartung des Erfolges gewesen, die sie bisher bewiesen.

6. *Triphyliam*] elisches Gebiet südlich vom Alpheios; *Aliphera* Grenzort Arkadiens, zur Landschaft Cynuria gehörig.

suorum fuisse finium] „hätte politisch zu ihnen gehört"; vgl. **40**, 25, 4 *culta ea loca suorum finium esse.*

7. *Anticyram*] Stadt in Phocis; die anderen § 8—9 erwähnten Orte gehören zum ätolischen Bunde, Erythrä liegt am korinthischen Meerbusen selbst, die übrigen mehr im Binnenlande.

8. *quinqueremibus — lembis*] bei Angabe von Schiffen, die unter Anführung eines Feldherrn segeln, fehlt meistens die Präposition *cum*; vgl. **21**, 26, 3 *profectus — sexaginta longis navibus.* c. 46, 7.

11. *praeter terram Atticam*] zu *terra* tritt oft in appositioneller Weise der Ländername; vgl. c. 23, 7 *ex Africa ora.* **31**, 25, 11 *in Atticam terram.* vgl. d. Anh.

super Sunium navigans] „die Höhe von Sunium umschiffend"; vgl. das so gebräuchliche *superare* vom Umsegeln der Vorgebirge. **26**, 26, 1 *superato Leucata promunturio.* **31**, 22, 7 *Sunium superare.*

si suam quam Oritanorum atque Opuntiorum fortunam mallent, 13 ab Chalcide Oreum navigat principumque iis, qui fugere capta urbe quam se Romanis tradere maluerant, summa rerum et custodia urbis permissa, ipse Demetriadem ab Euboea, unde primum ad opem ferendam sociis profectus erat, traiecit. 14 Cassandreae deinde centum navium longarum carinis positis contractaque ad effectum eius operis multitudine fabrorum navalium, quia res in Graecia tranquillas et profectio Attali fecerat et in tempore laborantibus sociis latum ab se auxilium, retro in regnum concessit, ut Dardanis bellum inferret.

9 Extremo aestatis eius, qua haec in Graecia gesta sunt, cum Q. Fabius Maximus legatus ab M. Livio consule Romam ad senatum missus nuntiasset consulem satis praesidii Galliae provinciae credere L. Porcium cum suis legionibus esse, dece- 2 dere se inde ac deduci exercitum consularem posse, patres non M. Livium tantum redire ad urbem, sed conlegam quoque eius 3 C. Claudium iusserunt. id modo in decreto interfuit, quod M. Livi exercitum reduci, Neronis legiones Hannibali oppositas 4 manere in provincia iusserunt. inter consules ita per litteras convenit, ut quem ad modum uno animo rem publicam gessissent, ita, quamquam ex diversis regionibus convenirent, uno tempore

14. *Cassandreae*] an Stelle des von Philipp I. zerstörten Potidäa erbaute Cassander die nach ihm benannte Stadt.

latum ab se auxilium] durch die Anwendung des Pronom. reflexiv. soll dieser Teil des Satzes (die seiner Meinung nach von ihm geleistete Hülfe) als Gedanke des Philipp erscheinen, das übrige als Faktum: die thatsächlich hergestellte Ruhe; vgl. **26**, 38, 1 *Hannibalem — angebat, quod Capua pertinacius oppugnata ab Romanis, quam defensa ab se — animos averterat.*

c. 9—11, 12. Römische Angelegenheiten. Triumph der Sieger am Metaurus (c. 9). Wahlen, Prodigien u. a.

c. 9, 1. *Extremo — aestatis*] der bloſse Ablativ des substantivierten Neutrums als Zeitbestimmung, bekleidet mit einem Genitiv, oft bei Liv.; vgl. **26**, 20, 7 *aestatis eius extremo.*

L. Porcium] es ist der Prätor L. Porcius Licinus, der am Metaurus (**27**, 46 ff.) mitgefochten.

3. *reduci — manere*] Liv. sagt hier nicht wie § 1 *decedere se inde ac deduci*, wie der amtliche Ausdruck erfordert, sondern *re duci*, veranlaſst durch den Gegensatz zu dem folgenden *manere.*

4. *ut quem ad modum — ita*] *quem ad modum* ist hier gesetzt, damit nicht ein zweites *ut* unmittelbar auf das erste folge; vgl. **21**, 13, 5. **21**, 45, 8 u. ö.

uno animo] dagegen § 9 *communi animo;* Liv. sagt *uno animo* oder *consilio*, um zu bezeichnen, daſs eine Verschiedenheit der Pläne nicht bestand, *communi consilio, animo,* um die Gemeinsamkeit ihres Ursprunges und Fortganges zu betonen.

convenirent] ohne den Nebenbegriff eines persönlichen „sich treffen“, nur = nach einem gemeinsamen Ziele ziehen.

uno tempore] dagegen § 5 *eodem die.* Liv. sagt *uno die*, um den Zahlbegriff eins hervorzuheben; *eodem die*, um die Gleichzeitigkeit von Ereignissen zu betonen. *uno tempore* dagegen ist mehr

ad urbem accederent; Praeneste qui prior venisset, conlegam ibi opperiri iussus. forte ita evenit, ut eodem die ambo Praeneste venirent. inde praemisso edicto, ut triduo post frequens senatus ad aedem Bellonae adesset, omni multitudine obviam effusa ad urbem accessere. non salutabant modo universi circumfusi, sed contingere pro se quisque victrices dextras consulum cupientes, alii gratulabantur, alii gratias agebant, quod eorum opera incolumis res publica esset. in senatu cum more omnium imperatorum expositis rebus ab se gestis postulassent, ut pro re publica fortiter feliciterque administrata et deis immortalibus haberetur honos et ipsis triumphantibus urbem inire liceret, se vero ea, quae postularent, decernere patres merito deorum primum, dein secundum deos consulum responderunt; et supplicatione amborum nomine et triumpho utrique decreto, inter ipsos, ne cum bellum communi animo gessissent,

vulgär = *simul,* wie *nullo tempore* = *numquam, omni tempore* = *semper* u. a.

5. *iussus*] „wurde gebeten, ersucht"; die zahlreichen Höflichkeitswendungen für Aufforderungen jeder Art im modernen Stil finden ihren Ausdruck in *iubere;* vgl. *κελεύειν*. c. **35**, 4 *duos (Masinissa) pro obsidibus retineri ab Scipione iubet.*

ad aedem Bellonae] der Tempel der Kriegsgöttin (Bellona = Duellona) als aufserhalb der Stadt gelegen, wird stets zu Senatssitzungen in Gegenwart fremder Gesandten oder heimkehrender Feldherren benutzt, da diese die Stadt nicht betreten durften. c. 38, 1.

6. *salutabant — contingere*] „willkommen heifsen; — durch Händeschütteln begrüfsen"; vgl. **25**, 16, 13 *praesentis contingere dextram.* **30**, 12, 12 *victricem attingere dextram.* **33**, 33, 2 *contingere dextram cupientium.*

7. *postulassent*] „den Antrag gestellt hatten", vgl. § 5 *iussus* u. c. 45, 5.

fortiter feliciterque] formelhafte, allitterierende Verbindung zur Bezeichnung der Leistungen von Feldherren; vgl. **31**, 20, 2 *res ab se — fortiter feliciterque gestas exposuisset postulassetque, ut triumphanti sibi invehi liceret in urbem.*

administrata] von kriegerischen Operationen häufig; vgl. **3**, 42, 1 *nihilo militiae quam domi melius respublica administrata.* **30**, 41, 9 *centum navibus longis respublica administraretur.*

haberetur honos — triumphantibus — inire liceret] beides sind offizielle Redewendungen; durch *haberetur honos* wird eine *supplicatio* beantragt; vgl. § 9.

8. *se vero*] *vero* hinter dem Personalpronomen hier zum Ausdruck der Bereitwilligkeit: „gern"; vgl. **27**, 13, 8 *ego vero experiar.*

merito deorum] „aus Dank gegen Gott", *merito* gehört auch zu *consulum*; vgl. **6**, 42, 12 *meritoque — deum immortalium.* **43**, 3, 6 *merito populi Romani.*

primum, dein] in Aufzählungen stellt Liv. gern *primum, deinde (dein); primo, deinde (dein)* chiastisch neben einander; vgl. **27**, 50, 11 *in senatu primum, deinde in contione.*

9. *amborum nomine*] „beiden zu Ehren" da den Göttern gegenüber eine Scheidung der Sieger, die gemeinsam von den Göttern begünstigt waren, nicht thunlich; vgl. **26**, 21, 3 *cuius nomine.* **8**, 63, 5 *consulum nomine.*

triumpho utrique] die durch Bewilligung des Triumphes erfolgende Anerkennung mufs notwendigerweise jedem der Feldherrn insbesondere zugesprochen werden.

communi animo] vgl. § 4 *uno animo;* hier steht *communis* mit be-

10 triumphum separarent, ita convenit, ut, quoniam et in provincia M. Livii res gesta esset, et eo die, quo pugnatum foret, eius forte auspicium fuisset, et exercitus Livianus deductus Romam venisset, Neronis deduci de provincia non potuisset, ut M. Livium quadrigis urbem ineuntem milites sequerentur, C. Claudius equo 11 sine militibus inveheretur. ita consociatus triumphus cum utrique, tum magis ei, qui, quantum merito anteibat, tantum honore 12 conlegae cesserat, gloriam auxit. illum equitem aiebant sex dierum spatio transcurrisse longitudinem Italiae et eo die cum Hasdrubale in Gallia signis conlatis pugnasse, quo eum castra adversus sese in Apulia posita habere Hannibal credidisset: 13 ita unum consulem pro utraque parte Italiae adversus duas acies, duos imperatores hinc consilium suum, hinc corpus 14 opposuisse. nomen Neronis satis fuisse ad continendum castris Hannibalem; Hasdrubalem vero qua alia re quam adventu eius 15 obrutum atque extinctum esse? itaque iret alter consul sublimis curru multiiugis, si vellet, equis; uno equo per urbem verum triumphum vehi, Neronemque, etiam si pedes incedat,

sonderer Rücksicht auf *triumphum separarent:* „getrennt triumphieren".

10. *res gesta esset*] „die Schlacht geschlagen sei"; *rem gerere* im Singular stehend von **einzelnen** kriegerischen Unternehmungen; oft geradezu = fechten; vgl. c. 12, 1 *cum Hannibale nihil — rei gestum.* c. 2, 6 *gladiis geri res coepta.* Der Plural *res gerere* bezeichnet die Führung eines **ganzen Krieges**.

eius forte auspicium fuisset] Liv. nimmt an, dafs der Oberbefehl bei der gemeinsamen Operation *alternis diebus* abgewechselt; wie allerdings häufig geschah, vgl. **22**, 27, 6. c. 41, 3 *alternis imperitabant.*

quadrigis urbem ineuntem] auf dem turmartigen Triumphalwagen. Der blofse Ablativ steht bei *ingredi, inire, vehi,* vgl. § 15 *iret — equis.* **1**, 21, 4 *bigis curru arcuatu vehi.* **5**, 23, 5 *curru equis albis iuncto urbem invectus.* **24**, 5, 4 *quadrigis — alborum equorum — procedentem.*

equo sine militibus] also eigentlich nur *ovans.* **3**, 10, 4 *ut ovans sine militibus urbem iniret.*

11. *consociatus triumphus — gloriam auxit*] vgl. **4**, 20, 3 *averterat que in se a curru dictatoris civium ora et celebritatis eius diei fructum prope solus tulerat.*

13. *hinc — hinc*] Liv. hat zuerst *hinc — hinc* statt *hinc — illinc* in die Prosa eingeführt; ohne letzteres jedoch ganz auszuschliefsen. — Die Wahl des Adverbs *hinc* entspricht der Konstruktion *oppono ab aliqua parte,* vgl. **26**, 44, 2.

adversus — opposuisse] vgl. **27**, 48, 5 *adversus Claudium Gallos opponit.* **30**, 10, 5 *adversus hostem opposuit.*

14. *obrutum atque extinctum*] mit einer vom Feuer entlehnten Metapher: „der Glanz Hasdrubals sei ausgelöscht und erstickt." In demselben Bilde ist jedes einzelne der beiden Verba häufig, beide zusammen nur hier; vgl. c. 20, 7 *vestigia urbis extinguere.* **25**, 38, 10 *vis atque virtus — obruta.*

15. *multiiugis — equis*] sonst wendet Liv. die Formen *octoiuges ire* **5**, 2, 10. **38**, 35, 4 *seiuges* an.

verum triumphum] „der wahre Triumphator"; Abstractum *pro concreto*; bei Liv. nicht selten; vgl. **1**, 13, 2 *dirimere iras = iratos.* **3**, 19, 5 *semina discordiarum tribuni = satores.*

vel parta eo bello vel spreta eo triumpho gloria memorabilem fore. hi sermones spectantium Neronem usque in Capitolium 16 prosecuti sunt. pecuniae in aerarium tulerunt sestertium triciens, octoginta milia aeris. militibus M. Livius quinquagenos 17 senos asses divisit; tantundem C. Claudius absentibus militibus suis est pollicitus, cum ad exercitum redisset. notatum est, eo 18 die plura carmina militaribus iocis in C. Claudium quam in consulem suum iactata, equites L. Veturium et Q. Caecilium 19 legatos magnis tulisse laudibus hortatosque esse plebem, ut eos consules in proxumum annum crearent; adiecisse equitum 20 praerogativae auctoritatem consules postero die in contione, quam forti fidelique duorum praecipue legatorum opera usi essent, commemorantes.

Cum comitiorum tempus adpeteret et per dictatorem **10** comitia haberi placuisset, C. Claudius consul M. Livium conlegam dictatorem dixit, Livius Q. Caecilium magistrum equitum. a M. Livio dictatore creati consules L. Veturius Q. Caecilius, 2 is ipse, qui tum erat magister equitum. inde praetorum comitia 3 habita: creati C. Servilius M. Caecilius Metellus Ti. Claudius Asellus Q. Mamilius Turrinus, qui tum aedilis plebis erat. comitiis perfectis dictator magistratu abdicato dimissoque exer- 4 citu in Etruriam provinciam ex senatus consulto est profectus

parta — spreta gloria] beabsichtigtes Wortspiel; vgl. **3**, 70, 14 *spreti aut non sperati.* **28**, 41, 6 *magis partam quam speratam gloriam.*

16. *sestertium triciens*] die Zählung nach Sesterzen findet sich hier zum ersten Male bei Liv.

18. *notatum est*] „es ist angemerkt worden", d. h. in den Annalen; vgl. **44**, 18, 8 *magnificentia crescente notatum est.* **3**, 33, 9 *exemplo unius rei notasse satis erit.*

carmina militaribus iocis — iactata] zu der Sitte, Spottlieder auf den triumphierenden Feldherrn zu singen, die hier ein Zeichen von Beliebtheit sind, vgl. **4**, 53, 11 *alternis inconditi versus militari licentia iactati.* **7**, 38, 3 *incondito militari ioco.* **10**, 30, 9 *celebrata inconditis carminibus militaribus.* **39**, 7, 3 *carmina a militibus — in imperatorem dicta.*

20. *equitum praerogativae*] „der vorläufigen Entscheidung der Ritter." Die durch das Los zur Vorwahl bestimmte Centurie (*praerogativa*) übte durch ihre Abstimmung meist auf den Ausfall der Wahl entscheidenden Einfluſs, daher *praerogativa* = Vorentscheidung; vgl. **3**, 51, 8 *ne comitiorum militarium praerogativam urbana comitia — sequerentur.*

forti fidelique — opera] formelhaft für Anerkennung der Leistungen Untergebener und Bundesgenossen; vgl. § 7 *fortiter feliciterque.* **22**, 60, 20. **21**, 44, 2. **23**, 46, 6.

c. **10**, 1. *per dictatorem*] ein Grund zur Abhaltung der Komitien durch einen Diktator ist nicht angegeben; vermutlich war derselbe religiöser Art.

2. *a dictatore — creati consules*] d. h. unter dem Vorsitze des Diktators; vgl. **25**, 41, 11 *consules Claudius creavit.* **25**, 2, 4 *dictator creavit consules.*

4. *magistratu abdicato*] gewöhnlicher (wie auch stets bei Cicero) ist *abdicare se magistratu;* doch sagt Liv. mehrfach *abdicare magistratum*; vgl. **6**, 18, 4 *abdicando dictaturam.*

5 ad quaestiones habendas, qui Etruscorum Umbrorumve populi defectionis ab Romanis ad Hasdrubalem sub adventum eius consilia agitassent quique eum auxiliis aut commeatu aut ope 6 aliqua iuvissent. haec eo anno domi militiaeque gesta. ludi 7 Romani ter toti instaurati ab aedilibus curulibus Cn. Servilio Caepione Ser. Cornelio Lentulo; item ludi plebei semel toti instaurati ab aedilibus plebis M. Pomponio Mathone et Q. Mamilio Turrino.

8 Tertio decimo anno Punici belli, L. Veturio Philone et Q. Caecilio Metello consulibus, Bruttii ambobus, ut cum Hannibale 9 bellum gererent, provincia decreta. praetores exinde sortiti sunt, M. Caecilius Metellus urbanam, Q. Mamilius peregrinam, 10 C. Servilius Siciliam, Ti. Claudius Sardiniam. exercitus ita divisi: consulum alteri, quem C. Claudius prioris anni consul, alteri, quem Q. Claudius propraetor — eae binae legiones 11 erant — habuissent exercitum; in Etruria duas volonum legiones a C. Terentio propraetore M. Livius proconsul, cui pro- 12 rogatum in annum imperium erat, acciperet; et Q. Mamilio, ut collegae iuris dictione tradita Galliam cum exercitu, cui

5. *ad quaestiones habendas qui*] „um Untersuchungen einzuleiten gegen diejenigen welche.“ Der indirekte Fragesatz schliefst sich mit *qui* an, als ob einfach *ad quaerendum* voranginge.

Umbrorumve] *ve* und im Folgenden *aut* — *aut* scheidet die verschiedenen Richtungen, in denen die Untersuchung sich zu bewegen hat; *que* — *et* — *et* würde alle Anschuldigungen zu einer verbinden.

ab Romanis ad Hasdrubalem] zur Verbindung der beiden Substantiva mit einer Präposition vgl. **26**, 30, 2 *propter defectionem ab Romanis ad Hasdrubalem*. Die Härte wird hier durch *consilia agitassent* gemildert; vgl. **27**, 43, 3 *litteras se ab Hasdrubale ad Hannibalem ferre*.

ope aliqua] irgend eine Hülfleistung, irgend ein Vorschub, wie Spionage, Wegweiserdienst, Zutragen von Nachrichten u. a.

7. *ludi Romani*] diese Spiele, auch *magni* oder *maximi* genannt, werden alljährlich von den kurulischen Ädilen zu Ehren des Jupiter, der Juno und der Minerva abgehalten. **27**, 6, 19.

ludi plebei semel toti instaurati] „die plebejischen Spiele wurden einmal in ihrer ganzen Ausdehnung wiederholt“, etwa wegen eines vorgekommenen Versehens. Dieselben sind jüngeren Datums als die *ludi Romani*, welche auf Tarquinius Priscus zurückgeführt wurden, und werden zuerst **23**, 30, 17 erwähnt. Sie werden von den plebejischen Ädilen abgehalten.

8. *ut cum Hannibale bellum gererent*] die Aufstellung zweier konsularischer Heere gegen Hannibal beweist, für wie gefährlich man ihn noch in seiner Ohnmacht hielt.

10. *alteri — alteri*] ist von einem aus § 12 *decretum est* zu entnehmenden *decretus est* (*exercitus*) abhängig.

11. *duas volonum legiones*] es sind die **27**, 38, 10 erwähnten: *volones in undevicensimam et vicensimam legiones scripti*.

12. *Q. Mamilio — decretum est*] zur Konstruktion vgl. **36**, 2, 8 *L. Aemilio Paulo in ulteriorem Hispaniam — decretum est, ut novorum militum tria milia duceret*. Beachte ferner, dafs Liv. sich nicht vor dem häfslichen Zusammentreffen von *praefuerat, obtineret, decretum est* am Ende der Periode scheut.

L. Porcius praetor praefuerat, obtineret, decretum est, iussusque populari agros Gallorum, qui ad Poenos sub adventum Hasdrubalis defecissent. C. Servilio cum Cannensibus duabus 13 legionibus, sicut C. Mamilius tenuerat, Sicilia tuenda data. ex 14 Sardinia vetus exercitus, cui A. Hostilius praefuerat, deportatus; novam legionem, quam Ti. Claudius traiceret secum, consules conscripserunt. Q. Claudio, ut Tarentum, C. Hostilio Tubulo, 15 ut Capuam provinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. M. Valerius proconsul, qui tuendae circa Siciliam mari- 16 tumae orae praefuerat, triginta navibus C. Servilio traditis cum cetera omni classe redire ad urbem iussus.

In civitate tanto discrimine belli sollicita, cum omnium 11 secundorum adversorumque causas in deos verterent, multa prodigia nuntiabantur: Tarracinae Iovis aedem, Satrici Matris 2 Matutae de caelo tactam; Satricanos haud minus terrebant in aedem Iovis foribus ipsis duo perlapsi angues; ab Antio nuntiatum est, cruentas spicas metentibus visas esse; Caere porcus 3 biceps et agnus mas idem feminaque natus erat; et Albae duo

14. *vetus exercitus*] diese Truppen waren 23, 34, 13 mit Q. Fulvius Flaccus (215) dorthin geschickt; es genügt für die Insel jetzt eine Legion.

16. *cum cetera omni classe*] damit ist der Seekrieg als beendet zu betrachten und die nach römischem Brauch nur für den Kriegsfall gebildete Flotte löst sich auf.

c. 11, 1—12. Prodigien. Reorganisation der inneren Zustände.

1. *tanto discrimine belli sollicita*] „erregt durch den bedeutenden Wendepunkt des Krieges“.

omnium secundorum adversorumque] auch oblique Casus der substantivierten Neutra, besonders des Plural, sind (ohne Präposition) bei Liv. in Gebrauch; vgl. 3, 37, 2 *taedio praesentium;* besonders *omnium* 5, 38, 5 *tanta omnium oblivio,* und stehend 1, 1, 1 *iam primum omnium.* Doch nicht selten ist auch die Umschreibung mit *res,* vgl. 41, 2, 12 *omnium rerum copiam.*

causas in deos verterent] „die Veranlassungen den Göttern zuschrieben“, sowohl aktiv 26, 45, 9 *in prodigium ac deos vertens* 4, 9, 3 *in deum iras — vertunt,* als passiv 26, 11, 4 *in religionem ea res apud Poenos versa.* 30, 38, 10 *in religionem versa.*

2. *Tarracinae*] zur Vermeidung der Eintönigkeit folgen von hier bis *natus erat* § 3 fünf Glieder von Prodigien asyndetisch; von *et Albae* ab fünf Glieder polysyndetisch.

Satrici] Satricum unweit der Küste nördlich von Antium.

Matris Matutae] ursprünglich Göttin des Morgenlichtes (vgl. *matutinus*), später mit Leucothea oder Juno identificiert. In Rom soll Servius Tullius ihr einen Tempel gebaut haben; vgl. 5, 19, 6.

perlapsi] *labi* ist stetes Verbum von Bewegung der Schlangen, vgl. 26, 19, 7 *ex oculis elapsam.* 25, 16, 2 *adlapsi;* doch *perlapsi* nur hier.

ab Antio] *ab,* weil das Prodigium sich in der Nähe der Stadt zutrug; vgl. 22, 1, 10 *et Antii metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse.*

3. *mas idem feminaque*] zur Bezeichnung des Zwitterwesens sagt Liv. 27, 11, 5 *ambiguo inter marem ac feminam sexu infantem.* c. 37, 5 *incertus mas an femina;* später bildet er *semimas,* vgl.

4 soles visos ferebant, et nocte Fregellis lucem obortam. et bos in agro Romano locutus, et ara Neptuni multo sudore manasse in circo Flaminio dicebatur, et aedes Cereris, Salutis, Quirini 5 de caelo tactae. prodigia consules hostiis maioribus procurare iussi et supplicationem unum diem habere. ea ex senatus 6 consulto facta. plus omnibus aut nuntiatis peregre aut visis domi prodigiis terruit animos hominum ignis in aede Vestae extinctus, caesaque flagro est Vestalis, cuius custodia noctis 7 eius fuerat, iussu P. Licini pontuficis. id quamquam nihil portendentibus deis, ceterum neglegentia humana acciderat, tamen et hostiis maioribus procurari et supplicationem ad Vestae haberi placuit.

8 Priusquam proficiscerentur consules ad bellum, moniti ab senatu sunt, ut in agros reducendae plebis curam haberent:

31, 12, 8. **39**, 22, 5. — Zu *idem feminaque* vgl. **30**, 37, 7 *a multitudine inquieta eadem et inbelli.* **34**, 25, 5 *Pythagoras gener idem tyranni et uxoris eius frater.* **30**, 1, 5 *nobilis idem ac dives.*

duo soles] wohl eine Nebensonne; dasselbe **29**, 14, 3 *duos soles visos;* drei Sonnen **41**, 21, 12 *tres simul soles effulserunt.*

lucem obortam] das Compositum mit *ob* bezeichnet den Vorgang als einen störenden, ungehörigen; vgl. **26**, 20, 5 *timoris — oborti temere.* **30**, 15, 1 *lacrimae etiam obortae.* **35**, 14, 10 *tum risum obortum Scipioni.* **39**, 11, 7 *lacrimae mulieri obortae.* **40**, 8, 20. **42**, 58, 4.

4. *bos in agro Romano locutus*] vgl. **27**, 11, 4 gesühnt durch Abhaltung einer Senatssitzung im Freien.

sudore manasse] wie **23**, 31, 15 *cruore manavere* oder **27**, 23, 3 *sanguine — manasse.*

dicebatur] wie oben *ferebant,* wohl weil eine amtliche Meldung nicht erfolgte.

5. *consules — procurare iussi*] die *procuratio prodigiorum* steht eigentlich dem Pontifex maximus zu; sind jedoch die Prodigien weniger erheblich, so verfährt der Senat ohne Zuziehung desselben.

6. *aut nuntiatis peregre aut visis domi*] *visa* bezeichnet stets die in Rom, *nuntiata* die aufserhalb erfolgenden Prodigien; vgl. **26**, 23, 4 *prodigia aliquot visa nuntiataque sunt.*

caesaque flagro] das altertümliche *flagrum* gebraucht Liv. nur hier in dieser dem Sakralstil entstammenden Wendung.

iussu] Beschlüsse der Art fafste nicht der Pontifex maximus allein, sondern das Pontifikal-Kollegium, daher gewöhnlich *ex decreto pontificum*, vgl. **24**, 44, 9.

7. *nihil portendentibus deis*] „ohne dafs die Götter damit ein Vorzeichen gaben.“ Zu *portendere* ist meistens *dii* Subjekt; vgl. **5**, 15, 3 *quidnam eo dii portenderent prodigio.* **43**, 13, 1 *nihil deos portendere vulgo nunc credunt.* **30**, 32, 9 *portendisse deos;* in Vertretung der Götter **1**, 36, 4 *quod aves tuae fieri posse portendunt;* oder passive Wendungen, vgl. **31**, 5, 7.

ceterum] nach vorausgegangener Negation wie *sed* = sondern; vgl. c. 2, 7.

ad Vestae] erg. *aedem.* Eine Supplikation bei nur einem Tempel ist immer durch besondere Umstände geboten; so *ad Feroniae lucum* **27**, 4, 15; beim Tempel des Hercules **21**, 62, 9 und der *fortuna in Algido.*

8. *in agros reducendae plebis*] teils aus Furcht, teils wegen der

deum benignitate summotum bellum ab urbe Romana et Latio esse, et posse sine metu in agris habitari; minime convenire Siciliae quam Italiae colendae maiorem curam esse. sed res 9 haudquaquam erat populo facilis, et liberis cultoribus bello absumptis et inopia servitiorum et pecore direpto villisque dirutis aut incensis; magna tamen pars auctoritate consulum compulsa in agros remigravit. moverant autem huiusce rei 10 mentionem Placentinorum et Cremonensium legati, querentes agrum suum ab accolis Gallis incursari ac vastari, magnamque partem colonorum suorum dilapsam esse, et iam infrequentis se urbes, agrum vastum ac desertum habere. Mamilio prae- 11 tori mandatum, ut colonias ab hoste tueretur; consules ex senatus consulto edixerunt, ut qui cives Cremonenses atque Placentini essent, ante certam diem in colonias reverterentur. principio deinde veris et ipsi ad bellum profecti sunt.

Q. Caecilius consul exercitum ab C. Nerone, L. Veturius 12 a Q. Claudio propraetore accepit novisque militibus, quos ipse conscripserat, supplevit. in Consentinum agrum consules exer- 13 citum duxerunt passimque depopulati, cum agmen iam grave praeda esset, in saltu angusto a Bruttiis iaculatoribusque Numidis

Unmöglichkeit einer geregelten Bebauung waren viele in die Stadt gezogen; vgl. 26, 10, 8 *refertis itineribus agrestium turba.*

Siciliae quam Italiae colendae maiorem curam] für Sicilien hatte namentlich M. Valerius Laevinus gesorgt; vgl. 27, 5, 4 *omnis in urbes, in agros suos reductos arare, serere.* Zu *quam* vor dem Komparativ vgl. c. 12, 11 *Hispania non quam Italia modo, sed quam ulla pars terrarum bello reparando aptior.*

9. *res haudquaquam — facilis*] wie *haud,* so ist auch *haudquaquam* bei Liv. mehrfach von dem zugehörigen Worte durch Präpositionen oder andere Worte getrennt; vgl. 27, 44, 9 *haud cum ignoto eum duce* u. c. 26, 1 *haudquaquam sese parem futurum* u. o.

cultoribus absumptis] die Notlage des Bauernstandes ist drastisch geschildert 27, 9. Die Sklaven mangeln, weil man sie teils zum Kriegsdienst hergegeben, teils aus Not abgeschafft hatte.

10. *moverant — mentionem*] für Einbringung eines Antrages ist sonst stehende Wendung: *mentionem inferre; movere* = anregen, vgl. 5, 24, 7 *actio movebatur.* 32, 40, 1 *disceptatio est mota.*

incursari] das ausschliefslich Livianische *incursare* hat die Sache im Accusativ (2, 48, 6 *agros* u. o.) selten mit *in* bei sich (29, 5, 6 *in agrum*); die Person selten im Accusativ (27, 48, 2 *agmen*); meist mit *in* (34, 19, 2 *in stationes*).

11. *ante certam diem*] bei Terminfestsetzungen hebt das Deutsche hervor, dafs eine Sache bis zu einem bestimmten Tage erledigt sein soll, das Lateinische, dafs sie vor demselben abgestellt sein soll.

et ipsi] mit Beziehung auf die schon früher abgegangenen Prätoren.

c. 11, 12—12, 10. Krieg gegen Hannibal. Würdigung Hannibals im Unglück.

13. *in Consentinum agrum*] Consentia, Stadt in Bruttium = Cosenza; 215 zu Hannibal übergetreten.

iaculatoribusque Numidis] das *nomen gentile* statt des von ihm abgeleiteten Adjektivums steht regelmäfsig bei Gattungsnamen von

14 turbati sunt, ita ut non praeda tantum, sed armati quoque in periculo fuerint. maior tamen tumultus quam pugna fuit, et praemissa praeda incolumes legiones in loca culta evasere. inde in Lucanos profecti. ea sine certamine tota gens in dicionem populi Romani rediit.

12 Cum Hannibale nihil eo anno rei gestum est. nam neque ipse se obtulit in tam recenti volnere publico privatoque neque lacessierunt quietum Romani: tantam inesse vim, etsi omnia 2 alia circa eum ruerent, in uno illo duce censebant. ac nescio 3 an mirabilior adversis quam secundis rebus fuerit, quippe ⟨qui⟩ cum in hostium terra per annos tredecim tam procul ab domo varia fortuna bellum gereret exercitu non suo civili, sed mixto ex conluvione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alia vestis, alia arma, alii 4 ritus, alia sacra, alii prope dei essent, ita quodam uno vinculo copulaverit eos, ut nulla nec inter ipsos nec adversus ducem 5 seditio extiterit, cum et pecunia saepe in stipendium et com-

Personen; vgl. 27, 43, 1 *Galli equites.* 28, 20, 1 *transfugae Afri.*

c. 12, 1. *nihil — rei gestum*] und doch stehen ihm zwei konsularische Heere gegenüber; vgl. c. 10, 8.

in tam recenti volnere] *in* = bei, kausal vgl. c. 20, 10 *in diversis causis.* Zur Wendung vgl. 27, 51, 12 *tanto simul publico familiarique ictus luctu.*

2. *ac nescio an mirabilior — fuerit*] „ja, er dürfte wohl u.s.w." Die folgende, meist aus Polybius 11, 19 entlehnte Betrachtung ist die ehrenvollste Würdigung der sinkenden Gröfse Hannibals. — Liv. sagt meist *nescio,* selten *haud scio an,* am meisten mit folgendem Konjunktiv, selten ohne Einflufs auf die Konstruktion; vgl. 2, 2, 2 *nescio an — modum excesserint.* 21, 43, 3 *circumdederit.* 22, 39, 4 *maneat.* 23, 16, 16 *gesta sit.* 37, 54, 16 *difficilius sit.* 42, 41, 2 *debeam*; adverbiell 26, 42, 4 *nescio an unum*; mit *haud* 3, 60, 2 *haud scio an — fuerit.* 9, 15, 10 *haud sciam an.*

3. *exercitu non suo civili*] „nicht ein Volksheer seines Stammes." c. 44, 5 *Carthaginiensi nihil civilis roboris est.*

ex conluvione omnium gentium] „dem Auswurfe aller Völker." *conluvio* stets in schlechtem Sinne, vgl. 26, 40, 17 *mixti ex omni conluvione.* 30, 35, 7. 22, 43, 2 *mixtos ex conluvione omnium gentium.*

non lex] die Verschiedenheiten werden in drei dreiteiligen Gliedern aufgezählt. 1) *lex — mos — lingua* = Verschiedenheit in Recht und Sitte. 2) *habitus — vestis — arma* = in Tracht und Gebaren. 3) *ritus — sacra — dei* = in Religion und Kultus. *lingua* wird auch sonst als eine mit Gesetz und Sitte verwandte Einrichtung aufgefafst; vgl. 24, 3, 12 *in alienos ritus mores legesque ac mox linguam etiam verterentur.*

4. *alii prope dei*] *prope* deutet an, dafs Liv. der Ansicht war, die Gottesidee sei bei verschiedenen Völkern unter verschiedenen Bezeichnungen dieselbe.

quodam uno vinculo] „ein eigentümliches gemeinsames Band." *quidam* tritt ungewöhnlicherweise voran (auch bei Cic.).

5. *seditio*] „Spaltung, Zerwürfnis"; wie auch *secessio* bezeichnet *seditio* ein Absondern, Beiseitetreten von einer bisher vorhandenen Gemeinschaft, meist in böser Absicht; vgl. c. 24, 10.

meatus in hostium agro deessent, quorum inopia priore Punico bello multa infanda inter duces militesque commissa fuerant. post Hasdrubalis vero exercitum cum duce, in quibus spes 6 omnis reposita victoriae fuerat, deletum cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia concessum, cui non videatur mirabile nullum motum in castris factum? nam ad cetera id quoque 7 accesserat, ut ne alendi quidem exercitus nisi ex Bruttio agro spes esset, qui, ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat; tum magnam partem iuventutis abstractam a 8 cultu agrorum bellum occupaverat et mos vitio etiam insitus genti per latrocinia militiam exercendi. nec ab domo quic- 9 quam mittebatur de Hispania retinenda sollicitis, tamquam omnia prospera in Italia essent.

In Hispania res quadam ex parte eandem fortunam, qua- 10 dam longe disparem habebant: eandem, quod proelio victi

multa infanda] wenn man nicht an den aus dem ersten punischen Kriege wegen rückständiger Soldzahlung entstandenen Söldnerkrieg denken soll, ist zu vergleichen Liv. periocha 17 *Hannibal dux Poenorum victa classe, cui praefuerat, a militibus suis in crucem sublatus est.*

6. *spes omnis reposita victoriae*] Liv. drückt das häufige: „Hoffnung auf etwas setzen" aus durch *spem reponere, ponere, positam* oder *repositam habere,* auch *spem habere in aliqua re.* Stellen im Anh.

reposita — fuerat] „gesetzt gewesen war", vgl. **26**, 21, 8 *Syracusae ornatae fuerant;* an vielen anderen Stellen ist *fuerat* mit Part. Perf. Passiv. nur = *erat*; vgl. § 5 *commissa fuerant.* c. 7, 4 *direptum fuerat.*

post deletum — concessum] „nach der Vernichtung — und dem Preisgeben." Das Neutrum des Particip. als Verbalsubstantiv findet sich bei Cic. ganz vereinzelt, bei Liv. nicht selten; vgl. **27**, 37, 5 *nuntiatum.* c. 45, 4 *auditum*: die Nachricht. **7**, 13, 4 *loco cessum*: das Zurückweichen. Das Particip behält dabei noch hinreichend verbale Kraft, um einen abhängigen Casus zu regieren (*cetera Italia*).

motum — factum] „Aufruhr entstanden", *motus* meist = politische Unruhe; vgl. **21**, 1, 5 *inter motum Africae.*

7. *ut omnis coleretur*] „gesetzt, daſs er in seinem ganzen Umfange bebaut gewesen wäre."

exiguus — tanto alendo exercitui] „zu klein gewesen wäre." Der Positiv genügt zur Bezeichnung eines zu geringen Maſses, wenn sich dieser Sinn aus dem Zusammenhange ohne Schwierigkeit ergiebt; vgl. **21**, 30, 4 *nemini visum id longum.* **3**, 30, 5 *parvum — praesidium*; namentlich *serum* = zu spät. — Für den Dativ des Zweckes abhängig von einem Adjektiv und im Gerundivum vgl. **2**, 5, 9 *arcendis sceleribus exemplum nobile.*

8. *bellum occupaverat*] „hatte der Krieg in Anspruch genommen", wobei *bellum* als personificiert erscheint; vgl. **34**, 32, 2 *bella nos occupaverant;* sonst häufiger *aliquem bello occupare* **27**, 38, 7 u. 39, 2, oder *bello occupatum esse* **22**, 22, 4 u. *occupatus certamine animus* **22**, 15, 6.

mos vitio etiam insitus] der Abl. *vitio* dient zum Ersatze eines Adverbs „fehlerhafterweise", vgl. *vitio creatus.* Übrigens steht *insitus* bei Liv. auch allein in den meisten Fällen zur Bezeichnung einer schlimmen natürlichen Anlage; vgl. **22**, 3, 4 *insitam — temeritatem.* **27**, 1, 5 *neglegentiam.* **28**, 24, 1 *libidine.* vgl. den Anh.

11 Carthaginienses duce amisso in ultimam Hispaniae oram usque ad Oceanum compulsi erant, disparem autem, quod Hispania non quam Italia modo, sed quam ulla pars terrarum bello 12 reparando aptior erat locorum hominumque ingeniis. itaque ergo prima Romanis inita provinciarum, quae quidem continentis sint, postrema omnium, nostra demum aetate, ductu 13 auspicioque Augusti Caesaris perdomita est. ibi tum Hasdrubal Gisgonis, maximus clarissimusque eo bello secundum Barcinos dux, regressus ab Gadibus rebellandi spe, adiuvante Magone Hamilcaris filio, dilectibus per ulteriorem Hispaniam habitis ad quinquaginta milia peditum quattuor milia et quin- 14 gentos equites armavit. de equestribus copiis ferme inter auctores convenit; peditum septuaginta milia quidam adducta 15 ad Silpiam urbem scribunt. ibi super campos patentis duo duces Poeni ea mente, ne detrectarent certamen, considerunt.

13 Scipio, cum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset, neque Romanis legionibus tantae se fore parem multitudini ratus, ut non in speciem saltem opponerentur 2 barbarorum auxilia, neque in iis tamen tantum virium ponendum, ut mutando fidem, quae cladis causa fuisset patri patruo-

c. 12, 10 — c. **37**. Vertreibung der Punier aus Spanien. c. 12, 10 — c. 15. Zweite Schlacht bei Baecula (Silpia).

12. *itaque ergo*] dieser Pleonasmus scheint mehr der älteren Latinität anzugehören; er findet sich aufser bei alten Dichtern nur bei Liv. und bei diesem in der ersten Dekade dreimal: **1**, 25, 2. **3**, 31, 5. **9**, 31, 16; in der dritten und vierten je einmal **39**, 25, 11.

Romanis inita] Dativ der handelnden Person beim Passiv, vgl. **9**, 36, 1 *Silva Ciminia — nulli ad eam diem — adita.*

ductu auspicioque] „unter der höchsten Leitung"; in dieser alten Formel ist fast ausnahmslos der Singular üblich; vgl. jedoch: **8**, 33, 22 *qui eius ductu auspiciisque vicisset.* Die Stellung ist stets *ductu auspicio*, meist mit *que* verbunden, selten *et* oder *atque*; *ductu* und *auspicio* finden sich aber auch allein; vgl. den Anh.

Augusti Caesaris] den Abschlufs erreichte Spaniens Unterwerfung 19 a. Ch. durch Agrippas Besiegung der Cantabrer.

13. *rebellandi spe*] „in der Hoffnung auf erfolgreiche Wiederaufnahme des Krieges"; vgl. **2**, 56, 4 *vis ad resistendum* = zu erfolgreichem Widerstande.

14. *Silpiam*] nach Polybius *Ilipa*, im südwestlichen Spanien, unweit des Baetis.

c. 13, 1. *Scipio*] beachte die entwickelte und doch einfache Form der historischen Periode: *Scipio, cum — perlata esset, — neque ratus — neque, — praemisso Silano — profectus — pervenit.*

Romanis legionibus] „nur mit römischen Legionen", d. h. mit den gewöhnlichen Streitkräften des römischen Heeres.

ut non — opponerentur] „falls nicht entgegengestellt würden"; einem Bedingungssatze sich nähernd; vgl. **27**, 22, 1 *ut numeretur.*

2. *in iis — tantum virium ponendum*] „doch dürfe auf ihnen kein so grofser Teil der Streitkräfte beruhen", d. h. ihre Anzahl dürfe nicht so grofs sein, dafs; — vgl. c. **12**, 6 *in quibus — spes reposita.*

que, magnum momentum facerent, praemisso Silano ad Culcham duodetriginta oppidis regnantem, ut equites peditesque ab eo, quos se per hiemem conscripturum pollicitus erat, acciperet, ipse ab Tarracone profectus protinus ab sociis, qui accolunt viam, modica contrahendo auxilia Castulonem pervenit. eo adducta ab Silano auxilia, tria milia peditum et quingenti equites. inde ad Baeculam urbem progressus omni exercitu civium sociorum, peditum equitumque quinque et quadraginta milibus. castra ponentis eos Mago et Masinissa cum omni equitatu adgressi sunt, turbassentque munientis, ni abditi post tumulum opportune ad id positum ab Scipione equites inproviso in effusos incurrissent. ei promptissimum quemque et proxime vallum atque in ipsos munitores primum invectum vixdum proelio inito fuderunt. cum ceteris, qui sub signis atque ordine agminis incesserant, longior et diu ambigua pugna fuit. sed cum ab stationibus primum expeditae cohortes, deinde ex opere deducti milites atque arma capere iussi plures usque et integri fessis subirent, magnumque iam agmen armatorum a castris in proelium rueret, terga haud dubie vertunt Poeni Numidaeque. et primo turmatim abibant nihil propter pavorem festinationemve confusis ordinibus; dein, postquam acrius ultimis incidebat Romanus neque sustineri im-

magnum momentum facerent] „einen bedeutenden Umschwung hervorbringen könnten." *momentum*: eig. das die Wageschale bewegende Gewicht; dann: die eine Entscheidung herbeiführende Kraft; daher *parvum, leve, magnum momentum*. Die Richtung, nach welcher sich die Entscheidung bewegt, steht mit *in* c. accus. vgl. c. 17, 10 *magnum in omnia momentum* oder *ad;* vgl. **37**, 30, 3 *maximum momentum ad victoriam*.

stratae pedestris copiae] in dieser Bedeutung, oft mit *caede* verbunden, steht meist das simplex *sterno* bei Liv.; vgl. 4, 29, 1 *per stratos caede hostes.* 25, 10, 5 *passim caede stratos.* 22, 6, 9 *stratamque foede — aciem.*

stantibus equis] ohne wegen der Enge des Terrains irgend welche Evolutionen machen zu können; vgl. Schlacht bei Cannae 22, 47, 3 *stantibus ac confertis — turba equis.*

in orbem sese — defendissent] vgl. c. 22, 15 das häufigere *in orbem pugnantis.*

c. 34, 2. *patentiore campo*] zum Komparativ vgl. 21, 7, 5 *planiorem patentioremque vallem.* 7, 36, 11 *via patentiore.*

3. *abiectis — consiliis*] starker Ausdruck für „aufgeben"; vgl. 3, 31, 7 *abiecta lege, quae — consenuerat.*

experta fide] „die erprobte Biederkeit"; die Participia Deponentia *testatus, partitus, emensus, expertus* (*inexpertus*), *pactus, comitatus, inopinatus, meditatus* sind bei Liv. in passivem Sinne nicht selten; vereinzelt *orsa, effata, interpretata, commenta.* Häufig ist besonders die *experta spectataque fides Romanorum* 35, 49, 12.

fratrem ad eum mittit; qui advolutus genibus fatalem rabiem 4
temporis eius accusat, cum velut contagione quadam pestifera
non Ilergetes modo et Lacetani, sed castra quoque Romana
insanierint. suam quidem et fratris et reliquorum popularium 5
eam condicionem esse, ut aut, si ita videatur, reddant spiritum
P. Scipioni ab eodem illo acceptum, aut servati bis uni debitam vitam pro eo in perpetuum devoveant. antea in causa 6
sua fiduciam sibi fuisse nondum experta clementia eius; nunc
contra nullam in causa, omnem in misericordia victoris spem
repositam habere. mos vetustus erat Romanis, cum quo nec 7
foedere nec aequis legibus iungeretur amicitia, non prius imperio in eum tamquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidisset, obsides accepti, arma adempta, praesidia
urbibus imposita forent. Scipio multis invectus in praesentem 8
Mandonium absentemque Indibilem verbis, illos quidem merito
perisse ipsorum maleficio ait, victuros suo atque populi Ro-

4. *advolutus genibus*] vgl. **30**, 12, 11 (*Sophoniba*) *genibus advoluta eius*. **8**, 37, 9; ferner **44**, 31, 13 *genibus praetoris accidens*.

fatalem rabiem] *rabies* meist von Tieren, von Menschen nur falls sie in der Wut sich bis zum Tier erniedrigen; vgl. **26**, 13, 12.

velut contagione quadam pestifera] dafs die Raserei sich wie durch Ansteckung mitteile, sagt Liv. oft; vgl. c. 27, 11 *vos contagione insanistis*. **4**, 9, 10 *contacta — rabie*. **9**, 34, 14 *contagio eius criminis*.

5. *reddant spiritum*] „das Leben zurückerstatten müfsten"; als ein geliehnes oder geschenktes (*acceptum*).

bis uni] in absichtlicher Zusammenstellung; *uni* substantiviert, wie oft bei Liv., besonders in den obliquen Casus; vgl. **28**, 23, 2 *nec censoriam vim uni permissam* u. ö. Der Nominativ dagegen *unus homo* **24**, 34, 1. *vir unus* **22**, 22, 6.

pro eo — devoveant] „ihm für immer das Leben weihen müfsten"; das häufige *devovere* wird mit dem Dativ **6**, 14, 8 *illi devovere vitae — quod supersit*, und auch mit *pro* (**9**, 4, 10 *me vel devovere pro p. R. legionibusque*) verbunden.

7. *mos vetustus erat*] die alte Formel der *deditio* vgl. **1**, 38; dafs diese hier nicht angewendet wurde, war eine von den Neuerungen Scipios.

foedere — aequis legibus] ein eigentlicher Gegensatz zwischen diesen Begriffen existiert nicht, da es auch *foedera* gab, in denen beide Kontrahenten gleichberechtigt waren; Liv. scheint jedoch hier unter *foedus* einen Vertrag zu verstehen, welcher eine Beschränkung der Selbständigkeit des fremden Staates bewirkte; vgl. **9**, 5, 2 *foedere — pax facta*.

iungeretur] „bestände", infolge der Vertragsschliefsung sie noch verbände; vgl. c. 7, 2 *ut — iungatur*.

imperio — uti] so lange wurde der Gegner noch als Feind behandelt; vgl. *hostilia patiebatur*. **3**, 2, 4.

divina humanaque dedidisset] vgl. die *deditio* der Capuaner, wo es nach Aufzählung der lebenden Wesen heifst: *quaeque una secum dedidere, agrum urbemque, divina humanaque, ustensiliaque sive quid aliud dediderunt*. **26**, 33, 13.

8. *maleficio — beneficio*] beabsichtigter Gleichklang und sehr beliebte Gegenüberstellung; vgl. **7**, 20, 5 *ut sua vetera beneficia — novis conrumperent maleficiis*. **9**, 12, 2 *et beneficii et maleficii occasione amissa*.

9 mani beneficio. ceterum se neque arma iis adempturum ⟨neque obsides imperaturum⟩, quippe ea pignera timentium rebellionem esse; se libera arma relinquere, solutos animos, neque
10 se in obsides innoxios, sed in ipsos, si defecerint, saeviturum, nec ab inermi, sed ab armato hoste poenas expetiturum: utramque fortunam expertis permittere sese, utrum propitios an iratos
11 habere Romanos mallent. ita dimissus Mandonius pecunia tantummodo imperata, ex qua stipendium militi praestari posset.
12 ipse Marcio in ulteriorem Hispaniam praemisso, Silano Tarraconem remisso paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Ilergetes pernumerarent, cum expeditis Marcium iam adpropinquantem Oceano adsequitur.

35 Incohata res iam ante de Masinissa aliis atque aliis de causis dilata erat, quod Numida cum ipso utique congredi Scipione volebat atque eius dextra fidem sancire: ea tum iti-
2 neris tam longi ac tam devii causa Scipioni fuit. Masinissa cum Gadibus esset, certior adventare eum a Marcio factus, causando corrumpi equos inclusos in insula penuriamque om-
3 nium rerum et facere ceteris et ipsos sentire, ad hoc equitem marcescere desidia, ⟨Magonem⟩ perpulit, ut se traicere in continentem ad depopulandos proximos Hispaniae agros pateretur.
4 transgressus tris principes Numidarum praemittit ad tempus

10. *propitios an iratos*] beide Ausdrücke verbunden bezeichnen sonst nur die Götter im Verhältnis zu den Menschen; vgl. **39**, 16, 11 *dis propitiis volentibusque;* auch als feierliche Formel asyndetisch: **7**, 26, 4 *volens propitius.* Stellen im Anh.

11. *tantummodo*] findet sich bei Liv. nicht selten, bei Cicero vereinzelt; Stellen im Anh.

12. *pernumerarent*] in dem Kompositum liegt, dafs die Aufbringung der Summe nicht leicht war; vgl. **6**, 15, 10 *quod usuris pernumeratum est.*

c. 35. Zusammenkunft mit Masinissa.

1. *incohata res — de*] „die schon begonnene Angelegenheit mit M.", vgl. **26**, 15, 9 *differri rem integram ad patres de Campanis*; **6**, 38, 1 *suspensa de legibus res* = „die Angelegenheit mit", u. o.; mehr der vulgären Sprache gemäfs.

cum ipso utique — Scipione] *utique,* bei Liv. ungemein häufig, sowohl in positiven als in negativen Sätzen, lehnt sich meist an andere Worte an, oft indem es zwischen dieselben gestellt wird; z. B. *tum utique, nunc utique;* eingeschoben: **3**, 1, 2 *adiutore utique consule* u. o. Stellen im Anh.

eius dextra fidem sancire] **1**, 1, 8 *fidem futurae amicitiae sanxisse.* **8**, 7, 19 *morte tua sancienda sint consulum imperia* = „bekräftigen".

2. *causando corrumpi equos*] „unter dem Vorwande, dafs die Pferde litten"; vgl. **23**, 8, 7 *patre — causante.* **24**, 1, 10 *causarentur.* **3**, 64, 2 *consensum patrum causabantur.* **5**, 15, 6 *causatus de privati portenti procuratione.* **36**, 10, 13 *apud suos causatus rex*; stets = als Grund angeben.

penuriamque omnium rerum] zum substantivierten Genitiv des Plurals von *omnis* vgl. c. 11, 1. **9**, 35, 3 *omnium immemores* u. o.; wie hier **9**, 4, 1 *iam omnium rerum inopia* = allgemeiner, vollständiger Mangel.

3. *equitem marcescere*] vgl. **23**, 45, 2 *marcere Campana luxuria.* **33**, 45, 7 *marcescere — civitatem.*

locumque conloquio statuendum. duos pro obsidibus retineri ab Scipione iubet; remisso tertio, qui, quo iussus erat, adduceret Masinissam, cum paucis in conloquium venerunt. ceperat iam ante Numidam ex fama rerum gestarum admiratio 5 viri, substitueratque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam; ceterum maior praesentis veneratio cepit; et, 6 praeterquam quod suapte natura multa maiestas inerat, adornabat promissa caesaries habitusque corporis, non cultus munditiis, sed virilis vere ac militaris, et aetas erat in medio virium robore, quod plenius nitidiusque ex morbo velut reno- 7 vatus flos iuventae faciebat. prope attonitus ipso congressu 8 Numida gratias de fratris filio remisso agit. ex eo tempore adfirmat eam se quaesisse occasionem, quam tandem oblatam deum immortalium beneficio non omiserit: cupere se illi po- 9 puloque Romano operam navare ita, ut nemo unus externus

35, 35, 9 *copias non sineret sub tectis marcescere otio;* beide Verba sind vor Liv. nur dichterisch; = verwelken, ebenso *marcidus.*

4. *retineri — iubet*] = ersucht oder bittet; vgl. c. 9, 5 *collegam opperiri iussus.*

5. *substitueratque animo speciem*] „er hatte im Herzen an seine Stelle ein Bild gesetzt von —" (gleichsam als Vertreter des wirklichen Scipio), hatte sich ein ideales Bild von ihm gemacht.

6. *suapte natura*] das verstärkende *pte* (= *pote* in *utpote*) findet sich bei Liv. (und bei Cic.) nur an den Ablativ des Pronomen possessiv. *suus* angehängt und zwar meistens in der Verbindung *suapte natura;* bisweilen in *suopte ingenio* und einmal *suapte fortuna.* Stellen im Anh.

multa maiestas] man erwartet *magna maiestas,* vgl. **42**, 49, 2 *cum magna dignitate ac maiestate.*

promissa caesaries] das dichterische *caesaries* findet sich nur hier; diese Tracht war damals ungewöhnlich (**27**, 34, 5 *capilloque et barba promissa*) und wurde dem Scipio vorgeworfen; vgl. **29**, 19, 11 *imperatoris non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus.*

non cultus munditiis] vgl. **34**, 7, 9 *munditiae et ornatus et cultus, haec feminarum insignia sunt.*

aetas — in medio virium robore] eigentl.: sein Lebensalter befand sich mitten in der Fülle der Kräfte, d. h. „er befand sich auf der Höhe der Manneskraft"; vgl. **29**, 1, 1 *iuvenes florentis aetate et virium robore.* **23**, 26, 11 *robore animi viriumque;* **21**, 40, 8. **25**, 21, 7. 33, 6 u. o. Scipio war gegen 30 Jahre alt.

7. *quod plenius nitidiusque — faciebat*] „welche (Kraft) die nach der Krankheit gleichsam neu entfaltete Jugendblüte voller und strahlender erscheinen liefs." — Zu *ex morbo* vgl. c. 30, 3 *e faucibus.* — *renovatus* wird bisweilen von der Erholung der Körper gesagt; vgl. **36**, 14, 10 *velut renovato — exercitu.* **21**, 21, 8 *renovavit corpora.*

flos iuventae] *iuventa,* von Liv. in Prosa eingeführt, meistens = Jugendalter; vgl. **26**, 2, 15 *ubi iuventam egerit*; bisweilen Jugendkraft; vgl. **40**, 6, 4 *medio iuventae robore; iuventus* stets kollektiv = junge Mannschaft.

8. *prope attonitus*] „überwältigt", meist von der Wirkung übernatürlicher Erscheinungen; vgl. **22**, 17, 5 *miraculo attoniti* und **5**, 14, 5 *religione etiam attoniti.* Stellen im Anh.

fratris filio remisso] der bei Baecula gefangene Massiva **27**, 19, 9 ff.; doch heifst Masinissa dort a v u n c u l u s.

9. *operam navare*] besonders häufig von politischer und militärischer Unterstützung; vgl. **44**, 34, 5 *militarem navare operam.*

10 magis enixe adiuverit rem Romanam. id se, etiamsi iam pridem vellet, minus praestare in Hispania, aliena atque ignota terra, potuisse; in qua autem genitus educatusque in spem 11 paterni regni esset, facile praestaturum. si quidem eundem Scipionem ducem in Africam Romani mittant, satis sperare 12 perbrevis aevi Carthaginem esse. laetus eum Scipio vidit audivitque, cum caput rerum in omni hostium equitatu Masinissam fuisse sciret, et ipse iuvenis specimen animi prae se ferret. fide data acceptaque profectus retro Tarraconem est. 13 Masinissa permissu Romanorum, ne sine causa traiecisse in continentem videretur, populatus proximos agros Gadis rediit.

36 Magoni desperatis in Hispania rebus, in quarum spem seditio primum militaris, deinde defectio Indibilis animos eius sustulerant, paranti traicere in Africam nuntiatum ab Carthagine est iubere senatum, ut classem, quam Gadibus haberet, 2 in Italiam traiceret; conducta ibi Gallorum ac Ligurum quanta maxima posset iuventute coniungeret se Hannibali neu senescere bellum maximo impetu, maiore fortuna coeptum sineret.

nemo unus externus] „kein einzelner Ausländer"; *nemo unus* = ein einzelner im Gegensatz zu einer Mehrheit; vgl. c. 37, 6 *nec quisquam — unus;* bei Liv. häufig.

magis enixe] Liv. vermeidet sonst den Komparativ *enixius* nicht; vgl. **29**, 1, 18 *eoque enixius.* **37**, 8, 3 *eo enixius;* doch **4**, 41, 9 *magis enixe.* vgl. d. Anh.

11. *satis sperare*] *satis* verbindet sich bei Liv. oft mit *credere, fidere* u. a. zur Bezeichnung, daſs eine Erwartung nicht weit von der Gewiſsheit entfernt sei; dasselbe drückt der Infinitiv *esse* (statt *fore*) aus = er hoffe stark.

perbrevis aevi] „es werde kurzlebig sein". Zu *aevum* = *aetas* vgl. c. 43, 6 *cum omnis aevi claris viris* u. **26**, 11, 12 *tam brevis aevi memoriam.*

12. *caput rerum in — hostium equitatu*] *in equitatu*, weil sonst drei Genitive von einander abhängen müſsten; vgl. **26**, 38, 12 *fortissimi equitum toto — exercitu.* — *caput* von Dingen: Hauptsache, Hauptpunkt; von Personen: Haupt, Seele, verbunden auch in letzterem Sinne mit *arx*; vgl. c. 42, 16 *caput atque arcem eius belli.* **38**, 51, 4 *caput columenque imperii.*

specimen animi prae se ferret] „eine deutliche Probe seines Geistes gebe." vgl. c. 21, 3 *ad specimen ostendendum.*

permissu] die Ablative *modi* nach der 4. Deklination sind bei Liv. auf: *monitu* (*admonitu*) *iussu* (*iniussu*) *permissu, respectu, arbitratu, consensu* beschränkt. Stellen im Anh.

c. **36—37**. Letzte Versuche Magos, Spanien zu retten.

1. *in spem — animos eius sustulerant*] „hatten seinen Mut — bis zu der Hoffnung — erhoben"; vgl. **4**, 15, 5 *sustulisse animos, quo nefas fuerit.* **7**, 8, 4. **1**, 32, 3. **8**, 65, 6. 67, 6. — Zum Plural *animos:* **27**, 20, 4 *quid animorum Hispanis esset.*

iubere senatum, ut] die in den Beschlüssen des Senates stets angewendete Konjunktion *ut* wird bisweilen bei Wiedergabe dieser Beschlüsse auch nach *iubere* beibehalten; bisweilen auch nur, um mit der Infinitiv-Konstruktion abzuwechseln; vgl. **37**, 51, 1 *ut dicto audiens esset, iussus.*

2. *neu senescere bellum*] vgl. **27**, 20, 9 *senescere fama;* dieselbe Metapher mit *bellum* **30**, 19, 10.

maximo impetu, maiore fortuna] „mit gröſster Tapferkeit und noch gröſserem Glück." Der Superlativ

ad eam rem et a Carthagine pecunia Magoni advecta est, et 3 ipse quantam potuit a Gaditanis exegit, non aerario modo eorum sed etiam templis spoliatis et privatim omnibus coactis aurum argentumque in publicum conferre. cum praetervehere- 4 tur Hispaniae oram, haud procul Carthagine Nova expositis in terram militibus proximos depopulatus agros, inde ad urbem classem adpulit. ibi cum interdiu milites in navibus tenuisset, 5 nocte in litus expositos ad partem eam muri, qua capta Carthago ab Romanis fuerat, ducit, nec praesidio satis valido urbem teneri ratus et aliquos oppidanorum ad spem novandi res aliquid moturos. ceterum nuntii ex agris trepidi simul 6 populationem agrestiumque fugam et hostium adventum ad- tulerant, et visa interdiu classis erat, nec sine causa electam 7 ante urbem stationem apparebat. itaque instructi armatique intra portam ad stagnum ac mare versam continebantur. ubi 8 effusi hostes, mixta inter milites navalis turba, ad muros tu- multu maiore quam vi subierunt, patefacta repente porta Ro- mani cum clamore erumpunt, turbatosque hostis et ad primum 9 incursum coniectumque telorum aversos usque ad litus cum multa caede persequuntur; nec, nisi naves litori adpulsae tre- 10 pidos accepissent, superfuisset fugae aut pugnae quisquam. in 11 ipsis quoque trepidatum navibus est, dum, ne hostes cum suis simul inrumperent, trahunt scalas orasque et ancoras, ne in

wird im Lat. mehrfach durch einen folgenden Komparativ desselben Adjektivs gesteigert (deutsch mit „noch“), wenn ersterer nicht den höchsten, sondern nur einen sehr hohen Grad bezeichnet; vgl. **3**, 72, 2 *pessimum facinus peiore exemplo.*

3. *privatim*] im Gegensatz zu dem im *aerarium* und in den *templis* enthaltenen Staatsgut = „aus privatem Vermögen“; vgl. **24**, 11, 9 *privata impensa.*

5. *ad spem novandi res aliquid moturos*] zu *ad spem* vgl. c. 31, 3 *ad — discessum* = „aus Veranlassung“. — Zu *novandi res* = „Umschwung der Verhältnisse“ vgl. **29**, 36, 10 (*Etruriam*) *ad spem novandi res versam.* — *aliquid moturos* = etwas unternehmen, wagen; besonders häufig von Aufständen und kriegerischen Unternehmungen.

7. *instructi armatique*] nämlich *oppidani*; vgl. **26**, 39, 7 *instructam et armatam — egregie classem habebat.*

portam — versam] sonst auch *portam ferentem ad*; vgl. **32**, 23, 4; wie hier von der Lage **27**, 15, 13 *ab regione urbis in orientem versa.*

stagnum] vgl. **26**, 45, 7, es ist das Watt, durch welches Scipio die Mauer erstiegen hatte.

11. *inrumperent*] der eigentümliche Ausdruck ist vom Landkriege und dem Eindringen in eine Befestigung übertragen; vgl. **26**, 44, 4 *permixti fugientibus inrupturi fuisse in urbem viderentur.*

scalas] Landungstreppen, *ἀποβάθραι*, die vom Verdeck in ein Boot oder auf das Land selbst herabgelassen wurden.

oras] „Halttaue“ am Hinterteil der Schiffe; das Hinterteil war dem Lande zugekehrt; vgl. **22**, 19, 10 *resolutis oris in ancoras evehuntur.* *ancoras* ist durch ein Zeugma mit *praecidunt* verbunden, da sich dies nur auf die am Vorderteile befindlichen Ankertaue (*ancoralia*) beziehen kann.

12 moliendo mora esset, praecidunt; multique adnantes navibus, incerto prae tenebris, quid aut peterent aut vitarent, foede 13 interierunt. postero die cum classis inde retro ad Oceanum, unde venerat, fugisset, ad octingentos homines caesi inter murum litusque et ad duo milia armorum inventa.

37 Mago cum Gadis repetisset, exclusus inde ad Cimbios — haud procul a Gadibus is locus abest — classe adpulsa, mittendis legatis querendoque, quod portae sibi socio atque 2 amico clausae forent, purgantibus iis multitudinis concursu factum, infestae ob direpta quaedam ab conscendentibus naves militibus, ad conloquium sufetes eorum, qui summus Poenis est magistratus, cum quaestore elicuit, laceratosque verberibus 3 cruci adfigi iussit; inde navibus ad Pityusam insulam centum milia ferme a continenti — Poeni tum eam incolebant — 4 traiecit. itaque classis bona cum pace accepta est, nec commeatus modo benigne praebiti, sed in supplementum classis iuventus armaque data. quorum fiducia Poenus in Baliaris

moliendo] absolut = Aufwinden des Ankers; gewöhnlich mit Objekt; vgl. c. **17**, 15 *ancoras molirentur.* c. 7, 7 *ab terra naves* (*moliri*); ohne Objekt meist = aufbrechen; vgl. c. 44, 6 *moliri — hinc Hannibalem.*

12. *incerto*] zum unvollständigen Ablat. absolutus; vgl. c. 17, 13 *haud cuiquam dubio.* c. 27, 15 *summoto.*

13. *ad octingentos*] häufiger steht *ad* bei ungefähren Zahlangaben ohne Einfluſs auf den Casus; vgl. jedoch **30**, 35, 3 *victores ad mille et quingentos cecidere.*

duo milia armorum] 2000 Stück Rüstungen.

c. **37**, 1. *ad Cimbios*] die Lage des Ortes ist unbekannt.

2. *purgantibus iis*] d. h. *Gaditanis; purgare* mit dem Infinitiv = „als Entschuldigung anführen" vgl. **24**, 47, 6 *Arpinis purgantibus, ignaros se — venum datos*; **21**, 18, 2 *si defenderent publico consilio factum.*

sufetes] ein phönizisches Wort *schophetim;* es sind die obersten Magistrate, zwei an Zahl, welche von einer beratenden Versammlung umgeben waren; vgl. **30**, 7, 5 *senatum — sufetes vocaverunt.*

cum quaestore] infolge der gewöhnlichen Übertragung römischer Benennungen auf auswärtige Verhältnisse sagt Liv. auch **21**, **12**, **7** *praetorem Saguntinum,* und besonders **33**, 46, 3 von Carthago: *praetor factus Hannibal vocari ad se quaestorem iussit.*

elicuit] hier wegen der hinterlistigen Absicht statt des gewöhnlichen *evocare ad conloquium* **25**, 28, 3. **30**, 12, 8 = aus einer Stadt oder Festung herausrufen.

laceratosque verberibus] vgl. **21**, 2, 6 *tormentis quoque cum laceraretur.* **24**, 5, 11 *cruciatibus laceraretur*; gewöhnlich von körperlicher und geistiger Miſshandlung: zermartert, zerfleischt.

3. *Pityusam insulam*] die Pityusen sind zwei Inseln; doch auch **22**, 20, 7 wird nur die bedeutendere Ebusum erwähnt.

4. *bona cum pace*] formelhafte Wendung zur Bezeichnung der Aufrichtigkeit friedfertiger Gesinnung; vgl. **21**, 24, 5. 32, 6. **1**, **24**, 3. **30**, 21, 8. 8, 15, 1; vgl. **29**, 1, 7 *cum bona venia.*

benigne] zur Bezeichnung der Gesinnung des Gebers „willig, freundlich"; vgl. **27**, 45, 10 *benigne omnia cumulata dare.* **26**, 9, 5 *expositis benigne commeatibus.*

insulas — quinquaginta inde milia absunt — tramisit. duae 5 sunt Baliares insulae; maior altera atque opulentior armis virisque, et portum habet, ubi commode hibernaturum se — et iam extremum autumni erat — credebat. ceterum haud secus, 6 quam si Romani eam insulam incolerent, hostiliter classi occursum est. fundis ut nunc plurimum, ita tum solo eo telo utebantur, nec quisquam alterius gentis unus tantum ea arte quantum inter alios omnes Baliares excellunt. itaque tanta 7 vis lapidum creberrimae grandinis modo in propinquantem iam terrae classem effusa est, ut intrare portum non ausi averterent in altum naves. in minorem inde Baliarium insulam traiecerunt, 8 fertilem agro, viris armis haud aeque validam. itaque 9 egressi navibus super portum loco munito castra locant; ac sine certamine urbe agroque potiti duobus milibus auxiliarium inde conscriptis missisque Carthaginem ad hibernandum naves subduxerunt. post Magonis ab Oceani ora discessum Gaditani 10 Romanis deduntur.

5. *maior*] jetzt Majorca.

opulentior armis virisque] reicher an allen Mitteln zur Kriegführung; in diesem Sinne findet sich bei Liv. *armis virisque* **23**, 30, 6 *opulentam quondam armis virisque;* **1**, 30, 4 *opulentissimae viris armisque.* **9**, 31, 4 *opulentissimam armis virisque.* **28**, 42, 18 *potentiorem armis virisque;* ähnlich **24**, 40, 3 *viris atque armis validam;* asyndetisch unten § 8 *viris armis haud aeque validam;* ferner zu 3 Gliedern erweitert und asyndetisch **23**, 24, 9 *arma viros equos* (so stets bei Cicero); dagegen **23**, 15, 13 u. **26**, 5, 9 hängt Liv. das letzte Glied mit *que* an. Eine fernere Variation ist **22**, 39, 11 *armis viris equis commeatibus*; u. a.

6. *hostiliter classi occursum est*] „man trat der Flotte feindlich entgegen"; die passiven Formen von *currere* und seinen Compositis sind bei Liv. beliebt; vgl. **25**, 39, 7 *in altera transcursum castra ab Romanis est.*

fundis — solo eo telo] nach dem Vorantritt von *fundis* müfste es weiter heifsen: *solis — utebantur.*

alterius gentis unus] „kein einzelner (besonders Tüchtiger) aus einem anderen Volke zeichnet sich darin (vor seinem eigenen Volke) so sehr aus, wie alle Balearen vor allen übrigen Menschen", d. h. ein gewöhnlicher Balear übertrifft den geschicktesten Schützen jedes anderen Volkes; vgl. c. 35, 9 *nemo unus.*

omnes Baliares] den Namen leitete das Altertum von βάλλειν (ταῖς σφενδόναις) ab; vgl. Liv. Per. 60 *Baliares a teli missu appellati.*

7. *creberrimae grandinis modo*] vgl. **1**, 31, 2 *cum grandinem venti glomeratam in terras agunt;* häufig redet Liv. von einer *nubes telorum*, vgl. „Hagel von Geschossen, Kugelregen." Dem Bilde entspricht *effusa est;* vgl. **38**, 26, 7 *obruit — aciem.*

propinquantem] das dichterische *propinquare* scheint Liv. (nach dem Vorgange Sallusts) nur noch **21**, 46, 4 *signum propinquantium hostium* angewendet zu haben.

9. *loco munito*] = „an einem gesicherten Punkte"; erst später wird an demselben die Flotte an das Land gezogen und ein festes Schiffslager angelegt. *munitus* ist sehr oft gleich einem Adjektiv *firmus* od. *tutus*, daher auch im Superlativ; vgl. *munitissimis locis* **2**, 31, 6. **24**, 22, 7 *pars Insulae vel munitissima*, u. o.

10. *post Magonis ab Oceani ora*

38 Haec in Hispania P. Scipionis ductu auspicioque gesta. ipse L. Lentulo et L. Manlio Acidino provincia tradita decem
2 navibus Romam rediit, et senatu extra urbem dato in aede Bellonae, quas res in Hispania gessisset, disseruit, quotiens signis conlatis dimicasset, quot oppida ex hostibus vi cepisset,
3 quas gentes in dicionem populi Romani redegisset: adversus quattuor se imperatores, quattuor victores exercitus in Hispaniam isse, neminem Carthaginiensem in iis terris reliquisse.
4 ob has res gestas magis temptata est triumphi spes quam petita pertinaciter, quia neminem ad eam diem triumphasse,
5 qui sine magistratu res gessisset, constabat. senatu misso urbem est ingressus argentique prae se in aerarium tulit decem quattuor milia pondo trecenta quadraginta duo et signati

discessum] bei Substantivis von Verben der Bewegung treten die näheren Bestimmungen oft zwischen Präposition und Nomen, vgl. **24**, 3, 1 *ante Pyrrhi in Italiam adventum.*

c. 38. Scipios Rückkehr nach Rom; Wahlen, Verteilung der Provinzen.

2. *senatu — dato*] offizielle Wendung für Bewilligung einer Senatssitzung durch den leitenden Beamten, zur Erstattung von Berichten, Stellung von Anträgen u. a.; vgl. **26**, 21, 1. 26, 7. 33, 1. **28**, 11, 8. **29**, 15, 14.

disseruit] der indirekte Fragesatz nach *disseruit* vgl. **23**, 25, 5 *quid peditum equitumque, quid civium, quid sociorum in exercitu dictatoris esset, disseruit*; hier: er setzte die Thaten auseinander, welche er vollführt habe.

ex hostibus vi cepisset] *capere* findet sich meistens mit *de* bei Liv. vgl. **1**, 38, 4 *haec de Priscis Latinis — capta oppida.* **26**, 34, 12 *quae capta de hostibus dicerentur*; seltener mit *ex* **2**, 42, 2 *quidquid captum ex hostibus est*, oder mit *ab* **40**, 17, 2 *ceperat eum ab Carthaginiensibus — Gala.*

3. *quattuor imperatores*] nach **26**, 20, 6 standen bei Ankunft des Scipio in Spanien Mago, Hasdrubal Gisgonis und Hasdrubal Hamilcaris filius mit drei Heeren; erst an Stelle des nach Italien gezogenen Hasdrubal kommt ein vierter Feldherr Hanno c. 1, 4.

neminem Carthaginiensem] Liv. sagt *Carthaginiensem*, um zu bezeichnen, daſs kein Vertreter der Macht und des Staates der Karthager mehr vorhanden sei; *Poeni* = Leute punischer Abstammung waren natürlich noch da; vgl. c. 32, 9 *ducem Carthaginiensem — Punicum praesidium.*

4. *temptata est — spes*] = wurde ein Versuch gemacht mit der Hoffnung; es wurde versucht, die Hoffnung zu verwirklichen; ähnlich **26**, 31, 7 *temptavi pacem* = versuchte ich, den Frieden herzustellen.

petita pertinaciter] ungenau auf *spes* bezogen, während es auf den davon abhängenden Genitiv gehen sollte; umgekehrt **26**, 35, 2 (*pecuniae quicquam*) *ex qua pararentur*, u. o.

sine magistratu] da Scipio zum Prokonsul erwählt war, besaſs er ein *imperium* nur für seine Provinz; vgl. § 1 c. 27, 4. c. 32, 7. Die wirklichen kurulischen Magistrate haben aber oft triumphiert, wenn sie nach dem Amtsjahr als prorogierte Beamte in den Provinzen fungiert hatten.

5. *in aerarium tulit*] offizielle Wendung für Einbringung von Beute bei Triumphen, vgl. **30**, 45, 3 *argenti tulit in aerarium*, u. a., ebenso *tulit in triumpho* **40**, 43, 6.

signati argenti magnum numerum]

argenti magnum numerum. comitia inde creandis consulibus 6 habuit L. Veturius Philo, centuriaeque omnes ingenti favore P. Scipionem consulem dixerunt; collega additur ei P. Licinius Crassus pontifex maximus. ceterum comitia maiore quam 7 ulla per id bellum celebrata frequentia proditum memoriae est: convenerant undique non suffragandi modo, sed etiam 8 spectandi causa P. Scipionis concurrebantque et domum frequentes et in Capitolium ad immolantem eum, cum centum bubus votis in Hispania Iovi sacrificaret, despondebantque 9 animis, sicut C. Lutatius superius bellum Punicum finisset, ita id quod instaret P. Cornelium finiturum, atque uti Hispania 10 omni Poenos expulisset, sic Italia pulsurum esse, Africamque ei, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam destinabant. praetoria inde comitia habita. creati duo, qui tum aediles 11 plebis erant, Sp. Lucretius et Cn. Octavius, et ex privatis Cn. Servilius Caepio et L. Aemilius Papus.

Quarto decimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio et 12 P. Licinius Crassus ut consulatum inierunt, nominatae consulibus provinciae sunt, Sicilia Scipioni extra sortem concedente collega, quia sacrorum cura pontificem maximum in Italia retinebat, Bruttii Crasso. tum praetoriae provinciae in sortem 13 coniectae. urbana Cn. Servilio obtigit, Ariminum — ita Gal-

im Gegensatz zu den in Gewicht (*pondo*) angegebenen Metallbarren werden die stückweise gezählten Münzen mit *numerus* bezeichnet = Stückzahl; vgl. c. 45, 18.

6. *P. Licinius — pontifex maximus*] derselbe verband somit das höchste geistliche mit dem höchsten weltlichen Amte, was in früheren Zeiten vermieden ward.

7. *comitia — celebrata frequentia*] *celebrata* im eigentlichen Sinne vgl. 5, 11, 9 *frequentia urbana celebrare actiones.*

8. *ad immolantem eum*] zur Wiederholung des Objekts beim Particip c. 2, 5 *in egressos vallo eos.*

centum bubus] eine Hekatombe; Liv. vermeidet die Herübernahme des griechischen Fremdwortes.

9. *despondebantque animis*] „sie hegten das sichere Zutrauen", eig. versprachen es sich selbst; eine Bezeichnung der festesten Zuversicht; mit dem Acc. c. inf. vgl. 5, 5, 9 *quis est, qui spondeat — eundem animum postea fore.*

id quod instaret] „den gegenwärtig anstehenden"; von Dingen, die noch nicht beendet sind, also deren Fortsetzung und Ende noch bevorsteht; vgl. 9, 1, 11 *hoc quod instat* (*bellum*). 28, 44, 16 *ad bellum quod instat;* bei Liv. häufig.

10. *perinde ac*] *perinde ac* und *velut* stehen bei Liv. mehrfach ohne *si* im Sinne von *perinde ac si* und *velut si;* vgl. 7, 3, 9 *perinde ac — creatus esset.*

12. *nominatae — provinciae*] die Provinzen wurden bestimmt durch den Senat; es konnte danach noch eine Verlosung der so bestimmten Provinzen zwischen den Konsuln stattfinden. Diese war hier ausgeschlossen (*extra sortem*).

13. *in sortem coniectae*] „kamen zur Verlosung"; vgl. 30, 1, 8. 27, 2 u. 4 u. 5.

Ariminum] der Hauptort eines Verwaltungsbezirkes erscheint mehrfach als kürzeste Bezeichnung des Bezirkes selbst; vgl. 26, 28, 6 *et Q. Fulvio Capua provincia decreta.*

liam appellabant — Sp. Lucretio, Sicilia L. Aemilio, Cn. Octavio Sardinia.

14 Senatus in Capitolio habitus. ibi referente P. Scipione senatus consultum factum est, ut quos ludos inter seditionem militarem in Hispania vovisset, ex ea pecunia, quam ipse in 39 aerarium detulisset, faceret. tum Saguntinorum legatos in senatum introduxit. ex eis maximus natu: „etsi nihil ultra malorum est, patres conscripti, quam quod passi sumus, ut ad ultimum fidem vobis praestaremus, tamen ea vestra merita imperatorumque vestrorum erga nos fuerunt, ut nos cladium 2 nostrarum non paeniteat. bellum propter nos suscepistis, susceptum quartum decimum annum tam pertinaciter geritis, ut saepe ad ultimum discrimen et ipsi veneritis et populum 3 Carthaginiensem adduxeritis. cum in Italia tam atrox bellum et Hannibalem hostem haberetis, consulem cum exercitu in Hispaniam velut ad conligendas reliquias naufragii nostri mi- 4 sistis. P. et Cn. Cornelii, ex quo in provinciam venerunt, nullo tempore destiterunt, quae nobis secunda quaeque adversa

14. *in Capitolio*] als die erste feierliche Sitzung des neuen Amtsjahres; vgl. **26**, 1, 1 *cum idibus Martiis magistratum inissent, senatu in Capitolium vocato.*

c. **39.** Gesandtschaft der Saguntiner.

Rede der Gesandten. Aufzählung der Verdienste Roms (2—3) und seiner Feldherrn (4—12) unter beständiger Steigerung der ausgesprochenen Anerkennung, die Scipio gegenüber gipfelt. Zuletzt Danksagung und Glückwunsch, Überreichung eines Weihgeschenkes (13—16).

1. *Saguntinorum legatos*] unter dem Jahre 214 wird berichtet (*Saguntum*) *vi pulso praesidio Punico receperunt cultoribusque antiquis, quos ex iis reliquerat vis belli, restituerunt* **24**, 42, 10.

nihil ultra malorum est — quam quod] *nihil ultra* meist in unmittelbarer Anlehnung an das Verbum adverbiell; vgl. **29**, 12, 7 *nihil ultra — inritatis odiis.* **25**, 9, 6 *nihil ultra motus;* mit folgendem *quam:* **21**, 25, 1 *nihil ultra quam Hiberum transisse — perlatum erat.* **26**, 30, 8 *quid ultra quam quod fecerint;* hier = unter den Übeln giebt es nichts über das hinaus, was wir erlitten haben.

2. *suscepistis — adduxeritis*] dem Redner scheint eine Erinnerung an **21**, 1, 2 *adeo anceps Mars fuit, ut propius periculum fuerint, qui vicerunt* vorzuschweben. Da außer der Schlacht am Metaurus eine grofse Niederlage der Karthager noch nicht zu verzeichnen ist, paßt die Betrachtung besser an das Ende des ganzen Krieges.

quartum decimum annum] „schon seit 14 Jahren"; indessen hat das Ordinalzahlwort im Accusativ auch oft *iam* bei sich; vgl. **24**, 42, 9 *octavum iam annum* = schon seit 8 Jahren.

3. *consulem — misistis*] die Absendung erfolgte, bevor H. in Italien war; **21**, 17.

reliquias naufragii nostri] „was von uns nach dem erlittenen Schiffbruch noch übrig war." Das Bild eines Schiffbruchs ist von untergehenden Staaten nicht selten; vgl. **24**, 8, 13 *aliquot procellis submersi paene sumus.* **5**, 52, 1 *e naufragiis prioris culpae cladisque emergentes.*

4. *nullo tempore*] = *nunquam,* mehr der Volkssprache angemessen, vgl. *uno tempore* c. 9, 4.

nobis secunda] den Dativ bei *secundus* hat Liv. auch **5**, 49, 4 *omnia — secunda suis — providit.*

hostibus nostris essent, facere. iam omnium primum oppidum 5
nobis restituerunt, per omnem Hispaniam civis nostros venum
datos, dimissis, qui conquirerent, ex servitute in libertatem
restituerunt. cum iam prope esset, ut optabilem ex miser- 6
rima fortunam haberemus, P. et Cn. Cornelii imperatores vestri
luctuosius nobis prope quam vobis perierunt. tum vero ad 7
hoc retracti ex distantibus locis in sedem antiquam videbamur,
ut iterum periremus et alterum excidium patriae videremus,
nec ad perniciem nostram Carthaginiensi utique aut duce aut 8
exercitu opus esse; ab Turdulis nos, veterrimis hostibus, qui
prioris quoque excidii causa nobis fuerant, extingui posse: cum 9
ex insperato repente misistis nobis hunc P. Scipionem, quem
fortunatissimi omnium Saguntinorum videmur quia consulem
declaratum videmus ac vidisse nos civibus nostris renuntiaturi
sumus, spem opem salutem nostram; qui cum plurimas ho- 10
stium vestrorum cepisset in Hispania urbes, ubique ex capto-
rum numero excretos Saguntinos in patriam remisit; postremo 11
Turdetaniam adeo infestam nobis, ut illa gente incolumi stare

5. *iam omnium primum*] statt des ciceronianischen *ac primum quidem* geht Liv. mit *iam omnium primum* von dem Allgemeinen zur spezielleren Behandlung des Themas über; vgl. **5**, 51, 6 *iam omnium primum* (Rede).

restituerunt — restituerunt — perierunt] drei Sätze mit gleichem Ausgang, zwei sogar mit demselben Verbum, aber in verschiedener Bedeutung; vgl. c. 9, 2—3 *iusserunt — iusserunt*. **31**, 37, 1 *ducit — educit*. **26**, 44, 1—2 dreimal *ponit*.

6. *cum iam prope esset*] nach dem Vorgange des plautinischen *prope adest, ut* gebraucht Liv. gern die Wendung *prope est, ut*, meist mit vorantretendem *iam*; vgl. **26**, 48, 11.

ex miserrima fortunam] *ex* zeitlich = „gleich nach“ vgl. c. 30, 3 *e faucibus*.

7. *retracti*] gezwungen und zu ihrem Schaden, da das Zurückführen sie nur neuem Unglück aussetzte; vgl. **10**, 25, 13 *retractum quidam — volunt*.

8. *nec — utique*] „ganz und gar nicht“; über *utique* in negativen Sätzen c. 35, 1 *cum ipso utique = Scipione* (nicht vor Livius).

opus esse] der Infinit. hängt von einem aus *videbamur* zu entnehmenden *videbatur* ab.

8. *ab Turdulis*] sonst **21**, 6, 1 u. **24**, 42, 11 hiefsen sie *Turdetani*. vgl. § 11 *Turdetaniam*.

9. *videmur — videmus — vidisse*] zum störenden Gleichklang vgl. **26**, 17, 5 *caduceatorem misit, qui promitteret, si inde emissus esset*.

spem opem salutem] die drei Substantiva enthalten eine Steigerung (*progressio*); deutsch konkret etwa: „Retter und Erhalter“; vgl. **7**, 34, 4 *arx — spei salutisque*. **5**, 40, 2 *spem omnem atque opem* und oft *spes unica* **3**, 26, 8. **21**, 11, 12.

10. *ubique*] nur **26**, 49, 9 ist erzählt, dafs Sc. alle spanischen Gefangenen in ihre Heimat entlassen habe; von den Saguntinern speziell ist dies nicht bekannt.

excretos Saguntinos] das dichterische und nachklassische *excerno* nur noch **9**, 46, 14 *omnem forensem turbam excretam*; vgl. **27**, 39, 9 *discretas* = getrennt; sonst *secretus ab* **6**, 25, 1. **25**, 30, 4. **4**, 27, 8. **5**, 23, 9 u. o.

11. *stare — non posset*] „nicht fest und sicher stehen konnte“; vgl. **5**, 11, 11 *stare diutius resp. — non posset*.

Saguntum non posset, ita bello adflixit, ut non modo nobis, ⟨sed⟩ — absit verbo invidia — ne posteris quidem timenda 12 nostris esset. deletam urbem cernimus eorum, quorum in gratiam Saguntum deleverat Hannibal; vectigal ex agro eorum capimus, quod nobis non fructu iucundius est quam ultione. 13 ob haec, quibus maiora nec sperare nec optare ab dis immortalibus poteramus, gratias actum nos decem legatos Sa- 14 guntinus senatus populusque ad vos misit, simul gratulatum, quod ita res per hos annos in Hispania atque Italia gessistis, uti Hispaniam non Hibero amne tenus, sed qua terrarum ultimus finis Oceanus, domitam armis habeatis, Italiae, nisi qua- 15 tenus vallum castrorum cingit, nihil reliqueritis Poeno. Iovi optimo maximo, praesidi Capitolinae arcis, non grates tantum ob haec agere iussi sumus, sed donum hoc etiam, si vos permitteretis, coronam auream in Capitolium victoriae ergo ferre. 16 id uti permittatis quaesumus, utique, si vobis ita videtur, quae

non modo nobis,⟨sed⟩ — ne posteris quidem] = *non modo non, sed ne quidem*, vgl. c. 29, 11 u. **25**, 15, 2. 21, 7. **26**, 2, 11. **29**, 34, 4. **1**, 40, 2. **5**, 38, 9; aber **4**, 3, 10. 21, 6 u. **5**, 38, 6 *non modo non temptato certamine, sed ne clamore quidem reddito*, bei verschiedenem Prädikat.

absit verbo invidia] möge meine Rede nicht als vermessen erscheinen und dadurch den Zorn der Götter erregen; formelhafte Wendung, vgl. **9**, 19, 15. **36**, 7, 7.

12. *non fructu iucundius — quam ultione*] „nicht so sehr durch den Gewinn, als die damit geübte Rache erfreulich.“ *fructu* = Ertrag des *vectigal*, vgl. **21**, 7, 3 *maritimis — terrestribus fructibus*. — *ultione* ist ein von Liv. in die Prosa eingeführtes Substantiv; vgl. **7**, 30, 14 *ultio irae*.

13. *optare ab dis immortalibus*] scheint dem feierlichen Gebetsstil entnommen; vgl. **21**, 43, 5 *quibus ampliora homines ne ab diis quidem immortalibus optare solent*.

gratias actum — gratulatum] das Supinum auf *um* mit Objekt ist bei Liv. oft angewendet; vgl. § 21 *Italiam spectatum; gratulatum* ist ganz unklassisch, doch bei Liv. häufig; vgl. **3**, 57, 7. **7**, 38, 2. **38**, 37, 4. **45**, 13, 12. 17, 6. 20, 7. 22, 1. vgl. d. Anh.

14. *qua terrarum ultimus finis Oceanus*] zur Wendung *qua terrarum ultimos fines rubrum mare amplectitur*. **45**, 9, 6 (*Oceano*) *qui orbem terrarum amplexu finit*. **36**, 17, 15 *in ultimos terrarum fines*. **38**, 60, 5 u. ö.

quatenus vallum — cingit] ebenso *quatenus* in räumlichem Sinne § 21 *quatenus tuto possent*; häufiger = „inwieweit“ in übertragenem Sinne, vgl. **2**, 55, 9 *incerti, quatenus Volero exerceret victoriam*. **34**, 22, 12 *nihil contingit, nisi quatenus*.

15. *praesidi Capitolinae arcis*] *di praesides* sind die staatserhaltenden Schutzgötter, besonders die auf dem Kapitol verehrten; vgl. **3**, 7, 1 *di praesides ac fortuna urbis tutata est*. **26**, 41, 18 *di immortales, imperii Romani praesides*.

victoriae ergo] das altertümliche präpositionell gebrauchte *ergo* entstammt dem Kurialstil und ist bei Liv. in Dekreten, Weiheformeln und anderen offiziellen Schriftstücken nicht selten; vgl. § 19 *muneris ergo*. Stellen im Anh.

16. *quaesumus*] der klassische Gebrauch kennt nur *quaeso, quaesumus*, ohne Einfluſs auf die Konstruktion; Liv. gebraucht es zum Teil ebenso; vgl. **25**, 6, 6 *sine, quaeso, — nos purgare*. **29**, 17, 6 *cum bona venia, quaeso, audiatis*. **30**, 12, 13 *precor quaesoque*. **22**, 30, 5 *tu, quaeso, — iubeas*; doch auch nach

nobis imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua auctoritate vestra faciatis.“ senatus legatis Saguntinis 17 respondit et dirutum et restitutum Saguntum fidei socialis utrimque servatae documentum omnibus gentibus fore; suos 18 imperatores recte et ordine et ex voluntate senatus fecisse, quod Saguntum restituerint civesque Saguntinos servitio exemerint; quaeque alia eis benigne fecerint, ea senatum ita voluisse fieri; donum permittere ut in Capitolio ponerent. locus inde 19 lautiaque legatis praeberi iussa, et muneris ergo in singulos dari ne minus dena milia aeris. legationes deinde ceterae in 20 senatum introductae auditaeque. et petentibus Saguntinis, ut, 21 quatenus tuto possent, Italiam spectatum irent, duces dati litteraeque per oppida missae, ut Hispanos comiter acciperent.

Tum de re publica, de exercitibus scribendis, de provinciis 22 relatum. cum Africam novam provinciam extra sortem P. Sci- 40 pioni destinari homines fama ferrent, et ipse nulla iam modica gloria contentus non ad gerendum modo bellum sed ad finiendum diceret se consulem declaratum esse, neque aliter id fieri 2 posse, quam si ipse in Africam exercitum transportasset, et acturum se id per populum aperte ferret, si senatus adver-

dem Vorgange Sallusts mit *ut* oder einem Objekt; vgl. 7, 13, 8 *quaeso, ut — censeas.* 40, 46, 7 *ut in isto templo finiatis simultates, quaesumus vos universi.*

rata atque perpetua — faciatis] feierliche, amtliche Wendung; am häufigsten *ratum facere, habere, ducere* = für gültig erklären, halten, vgl. c. 45, 5 *ratum habiturus.*

17. *fidei socialis utrimque servatae*] die Treue der Saguntiner wurde sprichwörtlich; daſs durch Wiedererbauung der Stadt eine entsprechende Gegenleistung geboten sei, hörten die Römer gern, damit sie nicht in der Schuld der Saguntiner geblieben zu sein schienen.

19. *locus — lautia*] „Quartier und Verpflegung“; so stets mit allitterierender Formel zur Bezeichnung der Gesandten von Staats wegen erwiesenen Gastlichkeit; noch vollständiger 30, 17, 14 *aedes liberae loca lautia*; die Sorge für die Verpflegung der Gesandten lag den Quästoren ob.

ne minus] *ne* durch ein vorschwebendes Verbum des Befehlens veranlaſst = *ita iussa dari, ut caverent, ne minus daretur*; öfter in ähnlicher Weise elliptisch; vgl. 30, 37, 6 *obsides darent, ne minores quattuordecim annis*; ebenso *ne plus* u. *ne amplius.*

21. *irent*] im Deutschen mit Hinzutritt des Hülfsverbums: daſs es ihnen gestattet werden möchte (*ire liceret*) ebenso c. 45, 13 *ut dilectum haberet* = *habere liceret* und *ut acciperet* = *accipere liceret.*

c. 39, 22—45, 12. Beratungen über den ferneren Operationsplan; Spiele.

c. 40, 1. *destinari*] durch das Gerede des Volkes ihm im voraus bestimmt würde, vgl. c. 38, 10 *Africam ei — provinciam destinabant.*

fama ferrent] „von Mund zu Mund trugen“, man sagt sowohl *homines fama ferunt aliquid*, vgl. 23, 31, 13, als *fama fert aliquid* = das Gerücht, die öffentliche Meinung verbreitet, vgl. 1, 45, 2. 2, 7, 6.

2. *acturum se id per populum*] er werde ein Plebiscit durchsetzen, welches ihn von dem Gehorsam gegen den Senat entbinde.

aperte ferret] „offen kundthat“; vgl. das häufige *palam ferre* 22, 29, 6.

saretur — id consilium haudquaquam primoribus patrum cum placeret et ceteri per metum aut ambitionem mussarent, Q. Fabius Maximus rogatus sententiam: „scio multis vestrum 3 videri, patres conscripti, rem actam hodierno die agi, et frustra habiturum orationem, qui tamquam de integra re de Africa 4 provincia sententiam dixerit. ego autem primum illud ignoro, quem ad modum certa iam provincia Africa consulis viri fortis ac strenui sit, quam nec senatus censuit in hunc annum pro- 5 vinciam esse nec populus iussit; deinde, si est, consulem peccare arbitror, qui de re transacta simulando se referre senatum ludibrio habet, non senatorem, qui, de quo consulitur, 6 suo loco dicit sententiam. atque ego certum habeo dissentienti mihi ab ista festinatione in Africam traiciendi duarum rerum 7 subeundam opinionem esse: unius, insitae ingenio meo cunctationis, quam metum pigritiamque homines adulescentes sane

2, 54, 10. **24**, 32, 1 u. **22**, 14, 15 *haud dubie ferebant.*

id consilium] Wiederaufnahme und Zusammenfassung der eben erwähnten Pläne des Scipio; regelrecht hätte die Periode weitergehen müssen: *improbantibus id consilium primoribus patrum — Q. Fabius Maximus.*

primoribus patrum] es sind die Häupter der Scipio feindlichen Partei. *primores* hat fast stets einen näher bestimmenden Genitiv bei sich: *primores patrum, equitum* u. a.; es ist in Dekade 1 sehr häufig, in den folgenden Dekaden immer seltener. vgl. d. Anh.

mussarent] „murrten“; aus Furcht oder Eigennutz nicht offen zu widersprechen wagten; vgl. **1**, 50, 3 *clam quidem mussitantes.* **7**, 25, 1 *mussantes inter se rogitabant.* **33**, 31, 1 *clam mussantes carpebant.*

3. Rede des Fabius. A. Einleitung (§ 3—14). a. Nachweis der Notwendigkeit der Beratung (§ 3—5). b. Nachweis der Berechtigung und Unparteilichkeit des Redners (§ 6—14).

rem actam — agi] vgl. § 5 *de re transacta*; sprichwörtliche Wendung; vgl. **26**, 18, 10 *post rem actam.* c. 15, 10 *ad impediendam rem actam.*

de integra re] so werden die Sachen stets genannt, über die eine Verhandlung noch nicht stattgefunden hat; vgl. **2**, 5, 1 *res integra refertur ad patres.* **3**, 44, 12 *ut rem integram — differat.* **27**, 25, 2.

4. *viri fortis ac strenui*] gewöhnliche anerkennende Beiwörter von tüchtigen Männern, stets mit *ac* verbunden; vgl. **1**, 34, 6 *forti ac strenuo viro*; nie in umgekehrter Folge; wohl aber **24**, 15, 6 *strenuis viris* allein.

5. *simulando se referre — ludibrio habet*] „durch einen Scheinantrag — zum besten hat“, vgl. **24**, 34, 16 *ludibrio esset*; weil der Beschlufs in jedem Falle resultatlos geblieben wäre.

suo loco] in der ihm zukommenden Reihenfolge, vgl. c. 45, 6 *quo minus suo quisque loco — rogatus sententiam diceret.* Fabius als *princeps senatus* spricht zuerst.

6. *certum habeo*] nicht ciceronianisch; bei Liv. oft, vgl. **36**, 28, 4 *certum habeo, te imprudentia labi.* **39**, 15, 6. **42**, 40, 9. **44**, 14, 13. 38, 5. 39, 7.

duarum rerum subeundam opinionem] „ich mufs einen doppelten Verdacht auf mich nehmen“, vgl. **42**, 40, 3 *orationis acerbitatem — subibo.*

7. *homines adulescentes*] dieselbe Verbindung **2**, 18, 10 *veniam erroris hominibus adulescentibus darent.* Die attributive Anwendung von Substantivis ist bei Liv. verbreitet; vgl. **1**, 26, 2 *soror virgo.* **2**, 4, 1 *adulescentes liberi.* **2**, 6, 2 *cum liberis adulescentibus.* **24**, 26, 2 *cum filiabus virginibus.*

appellent, dum ne paeniteat adhuc aliorum speciosiora primo aspectu consilia semper visa, mea usu meliora; alterius, ob- 8 trectationis atque invidiae adversus crescentem in dies gloriam fortissimi consulis. a qua suspicione si me neque vita acta 9 et mores mei neque dictatura cum quinque consulatibus tantumque gloriae belli domique partae vindicat, ut propius fastidium eius sim quam desiderium, aetas saltem liberet. quae enim mihi aemulatio cum eo esse potest, qui ne filio quidem meo aequalis sit? me dictatorem, cum vigerem adhuc viribus 10 et in cursu maximarum rerum essem, recusantem nemo aut in senatu aut apud populum audivit, quominus insectanti me magistro equitum, quod fando nunquam ante auditum erat, imperium mecum aequaretur — rebus quam verbis adsequi 11 malui, ut, qui aliorum iudicio mihi comparatus erat, sua mox confessione me sibi praeferret —: nedum ego perfunctus ho- 12

metum — appellent] gemeint sind die Urteile des Minucius und seiner Partei über die fabianische Kriegsführung **22**, 12, 12 u. 14, 14.

